

A omnes peperere, physici, molendarii, aucupes, uxores. Unius ex tribus, incertum cuius, infantulus asertur, & supponitur (ut ajunt) regine, ut ab illa progenitus è cæteris putaretur. Avito nomine patet illum vocare Fridericum, mater suo de nomine dici cupiebat Constantinum. Sed deum vocatus est Fridericus; qui ad virilem ætatem pervenit, orbis se Malleum esse prædicavit. Alb. Crantz. lib. 7. cap. 38. Metrop.

Cum Guido Montis Ferrari Urbinatum comes, graviter ferret, se legitimos non habere liberos, ut in principatu successorem inveniret, stabilitæque: concubina, quam habebat, tanquam ex se ortum, supposuit Bernardini Ubaldini Cardæ filium, quem postea Fridericum nominavit. Sed ei haud multo post ex uxore verus natus est filius, cui Odoni Antonio nomen indidit. Eum ob scelestam vitam cum Urbinates intreremissent, Fridericus populi assensu, tanquam naturalis filius Guidonis, ad principatum conscendit. Atque ut Urbinates Odonis seclus in se irritaverat, ita propter virtutis magnitudinem Fridericum veluti numen coluerunt, sub eo quæta atque æqua omnia non minus, quàm Romani

**MATRIMONIUM, CONJUGIUM** astute **CONTRAHERE, CONCILIARE.**

Laban Bathuelis F. cum pro septennii servitute Jacobo patriarchæ Rachelam promisisset, & exacto, noctu Liam ei supposuit clam, hoc prætextu usus, quod non esset mortis, juniores autè collocare, quam grandiores. Itaque altero septennio pro Rachelæ servivit. Genes. 26. Sex alios pro pecore. Cum interea mercedem ei vel decies mutarit. Genes. 31.

Amasis Aegyptiorum Rex, cum Cambysi Persarum regi filiam suam negare non auderet propter illius potentiam, neque tamen dare vellet, quod sciret eum loco pellicis tantum habiturum: Nitentem, filiam unicam Apri superioris regis à se interceptam, grandem & speciosam, veibus & auro ornatum, Cambysi militi. At Nicias dolum Cambysi indicans, regem ad bellum Aegypto inferendum impulit. Herod. lib. 2.

Cambyses Persarum Rex lotoris nuptias ambiens, ne propter rei insolentiam malè audiret, accessit regios judices, coque percontatur: Num quæ lex sit, quæ sinat volentem cum lotore contrahere matrimonium. Judices negant, ullam ejusmodi se legem invenire: quandam tamen aliam inveniri, quæ liceat regi Persarum facere quicquid libeat. Ergo Cambyses eam duxit uxorem, & aliquantò post etiam alteram natu majorem, Attolam nomine. Herod. lib. 3.

Ariston Spartæ regnum obtinens, cum è duabus uxoribus liberos non susciperet, neque in se culpam ejus rei esse agnosceret: tertiam duxit uxorem, hunc in modum. Erat ei amicus quidam dicitur, Agetus Alcidis F. qui speciosissimam habebat uxorem. Cujus amore illectus, cum Ageto sic egit, dono se illi daturum unam è suis rebus, quamcumque ille optaret, & vicissim justit illum simile munus sibi dare. Agetus nihil de re uxoria suspicatus, cum videret, Aristoni quoque uxorem esse, accepit conditionem, & in eam rem jusjurandum interposuit. Cui mox Ariston è suis rebus preciosis donavit, quam ille elegit. Ipse vicissim postulavit uxorem Ageti. Qui, licet invitus, jurejurando tamen adactus, eam Aristoni concessit, quæ illi, repudiata altera, septimo mense genuit Demaratum. Ariston, cum ei sedenti in basilica cum Ephoris quidam famulus nuntium nati filii attulisset, iens, quo tempore duxisset uxorem, deductis in digitos mensibus, dixit jurejurando. Hic non est filius meus. Quod audientes Ephori, haud magni fecere in presentia. Sed posteaquam puer adolevit, pœnituit Aristonem dixit, opinantem utique filium suum esse Demaratum: cui idèdè nomen impostum est Demaratus, id est, à populo votis petitus, quod ante eum natum omnia populus vota fecit, ut Aristoni omnium ante id tempus regnum probatissimo filius generetur. Interfecto deinde tempore, Aristone vita functo, Demaratus obtinuit regnum. Herod. lib. 6.

Antiochus, Seleuci F. regis Syriæ, amore depetens Stratonicus novæcæ, Demetrii Poliorcetes F. quæ puerum jam ex Seleuco patre edidit, perpendens, dicit se libidine teneri, & ægritudine affligi deplorata, rationem quæ sit vitæ deponenda, corpusque militi sensim curationis negligenti atque inedia conficere, morbum simulans. At medicus Erasistratus facile amorem ejus deprehendit. Verùm, ut ejus amore flagraret, quod conjectu erat arduum, explora-

ret: agebat assidue apud eum in cubiculo. Si quis formosus & adolescens, vel femina ingrederetur, observabat Antiochi vultum & membra, quæ potissimum solent affectibus animi consentire, ac corporis inspiciebant motus. Cum igitur ad cæterorum ingressum nihil moveretur, Stratonicæ verò & sola & cum Seleuco subinde eum insidente, illa Sapphus in eo omnia existerent, vocis compressio, rubor vultus igneus, teclum oculorum conjectus, sudores præcipites, confusio & perturbatio pulsus, denique in victo animo perplexitas, stupor & pallor: his verisimilibus conjecturis reputans Erasistratus, in nullam aliam exardescemtem regis filium in silentio ad mortem usque perseverare, grave hoc putavit enunciare & detegere. Attamen indulgentia fetus in filium Seleuci, tentavit aliquando aperire eam, amore adolescentem affligi, sed deplorato amore incurabili. Obstupescendo & rogante rege, Quemadmodum incurabili? Quia hercle, inquit Erasistratus, meam amat uxorem. Etenim, inquit Seleucus, neges, Erasistrate, qui amicus noster es, hæcæ filio meo nuptias? idque qui unum hunc certis terum nostrarum sacram anchoram esse? Nam tu quidem, inquit ille id facias pater, si Stratonicem Antiochus adamaret. Uenam verò, inquit, amice, Deus aliquis vel homo eodè tradat mortuum. Nam equidem vel regnum, modò retineam Antiochum, cupiam dimittere. Ita commoto Antiocho multis cum lacrymis, dexteram Erasistratus iniecit, & Nilil cum Erasistrato, ait, indigeream cum pater, vir, & rex esset, ipsum simul medicum domus suæ optimam fore. Hinc Seleucus concione militum advocata, nuptias Antiochi & Stratonicus promulgavit. Plut. in Demet.

Romulus urbem cum videret desertam advenis, quorum haberet pauci conjuges, reliqui ex egenis constati & obcuris contemnerentur, neque putaretur consensio eorum duraturus, nisi cum finitimus Sabinis, qui tamen exulum & perjugatum connubia averabantur, amicitiam contraxissent: primum divulgavit, Dei cupispiam desolam se sub terra aram reperisse, Consium vocabant Deum: sine consiliorum ille præses, a co. suo vel consulis dictus, sine Neptunus equestris fuit. Hac ara in circo maximo est, alias operta, ludis Circensibus aperitur. Alii dicunt, quia planè arcam debet esse & teclum consilium, rectè Deo aram, quæ sub terra esset abita, factam fuisse. Ob eam invenitam, magnificum sacrificium, ludos & spectaculum solemnem finitimus indixit, & concelebravit. Multi morales convenere: ille cum principibus trabea amictus præsedit. Signum dederat adortendi, cum ipse exurgens compellat tuabeam, rursusque indueret: multi gladius accincti oculos tenebant in eum intentos. Dato signo strigunt enses, & magno clamore ad captivitas Sabinarum filias discurrunt. Fugientes omiserunt Sabinos, neque sunt eos secuti. Raptas ajunt hi turginta tantum, & ab eis nominas Curias: Valerius Antius quingentas virginis septem: Juba, octoginta tres supra sexcentas virgines. Id Romulum sublevavit potissimum, quod matronam nisi unam non rapuissent Herilianam, idque imprudens. Quippe quos non libido, non injuria ad rapiendum instigavit: sed ut commiserent conjugerentque, utramque gentem arctissimis vinculis. Inter virginum raptos fuisse ajunt plebejorum globum, qui puellam longè ante alias insignem specie, & statuta ducebant: quam us cum quidam eripere ex primoribus conarentur: Talasio ferti, illi clamaverunt, juveni clato proboque. Quo audito gratulatione & plausu eos collaudasse fuisse H etiam qui regem si comitari gratia, & favore Talasio, Talasio conclamantes. Inde Romanis in hunc usque diem vox nuptialis facta, ut Hymeneus Græcis. Nam prosperè Talasio cessisse huc matrimonium, ajunt. Sextius Sylla Carthaginensis reversit, cum vocem pro signo dedisse Romulum ad rapum. Itaque qui virgines abducebant, conclamabant omnes Talasio: atque hinc relictum hunc morem nuptias. Perique, inter quos est Juba, adhortationem & incitationem ad laboris sedulitatem & lanificum, quod Græci tradunt dicunt, censent: nondum id temporis Italici ut bellum pepigerunt cum Romanis, convenit, ne aliam operam viris, quam circa lanificum, præstarent uxores, qui mos seculi nuptis permansit, ut qui elocarent puellas, vel dicerent, vel præstentes essent, omnino Talasio acclamarent per Iulium: restantes ad nullum aliud quam lanificum munus, sponsam adduci. Servatur hinc etiam hodie, ne hinc sponsa ipsa transcendat in domum, sed sublata inferatur, quod vi tunc illatæ, non ingressæ essent. Addunt quidam,

A dam, quando sponse capillos hæste discernunt cuspidè, primas nuptias denotare vi & hostiliter contradas. Admissus hic raptus est octavo decimo die Sextilis, quem nunc vocant Augustum, quo Coniugalia celebrant. Exorto inde bello, victor Romulus victos in civitatem transtulit, eaque ratione Romam amplificavit. Plut. in Romulo.

Q. Hortensius magna vir auctoritate, & probatis moribus, M. Catonis gestibus non familiaris modò & amicus esse, sed omnem semel necessitudine & consortio familiam & genus suum cum eo confociare: non dubitavit eum egeret, ut filiam Portiam, Bibulo nuptam, cui partus duos ediderat, sibi invicem velut frugiferum agrum collocaret ad ferendam stirpem. Nam esse hominum quidem illud opinione novum, natura tamen pulchrum & civile, Mulierem in ætatis flore non vacare, vel sæcunditatem extinguere: neque majore, quàm necesse esset, primogenita sobole onerare, & obturere domum non requirement. Communicationem autem inter probatos viros invicem mulierum, tum virtutem propagare, & dilatare stirpem, tum civitatem mutui necessitudinibus conglutinare. Quod si retinere Bibulo omnino vellet conjugem: simul atque peperisset, ubi ardore communitum liberorum vinculo esset Bibulo & Catoni conglutinatus, restitutum se eam. Cùm respondisset Cato, Hortensium se charum habere, probareque necessitudinis socium, verum alienum arbitrari, ipsum de filie nuptiis verba facere alteri collocare: mutato ille sermone non dubitavit ei aperire, ipsius Catonis se petere uxorem, licet etiam prægnantem, quod juvenis etiamnum esset, & Catonis satis magna esset proles. Animadvertens ergo Cato Hortensii desiderium & studium, non præsidit ei: Sed optenter, respondit, Philippum quoque hoc probare Martiæ parentem. Ut igitur appellatus Philippus concedere id cognovit Catonem, non aliter despondit ei Martiam, quam præsentè illo & sponsalia comprobante. Plut. in Catone minore.

Alexii Græcorum Imp. defuncti Viduam, principes & alii ad novum hortabantur conubium, ut ex omni procerum nobilitate, sibi quem vellet, in maritum legeret. Tenebatur hæc interim consuetudine domesticæ justitiam exoleti, Grifone nomine, qui post occupatum imperium Emanuel dicitur voluit. Huic clam ad se vocato nesciarum aperit consilium: Est, inquit, mihi in animo, ne novo matrimonio locata fructu nostræ consuetudinis caream, te, si vit verè sis, ad imperii fastigium promovere; id inellegit tu, qua id ratione consilii possit. Audio te multos tue familie viros habere in agris omnino agentes: hos omnes teclis armis in urbem diversis itineribus diversoque tempore inducas volo: inde, quom tempus aderit, in parte ædium ad cadem paratos esse oportebit. Tum proceribus imperii vocatis, stipulati ab eis incipiunt, velint jubeantque me nubere, cui velim: sint ne, cui nuptero, pro Græciæ Imperatoris habituri. Si se id facturos (quod non dubito) dixerint: tum te ego & meum conjugem, & imperatoris salutabo, ac in tua verba cogam jurare omnes: Quod si facere recusabunt, tum hominibus tue factionis ad unum trucidandos objiciam. Probat feroc & amans juvenis mulieris consilium: atque omnibus, ut inter eos convenerat, comparatis, adversati principes tam sordidas nuptias, ad unum fero casti sunt: atque ita eo die ab eis, qui ex Constantino procreati erant, desitum est in Græcia imperitari. Sab. lib. 7. Decr.

D Eoduxi Constantini Duca Imp. uxor jusjurando marito morturo promiserat, è secundis nuptiis se temperaturo: ac in syngtham juraverat, quæ patriarchæ Joanni Xiphilino custodienda data est. Sed Romani Diogenis amore inflammata, cum eam & imperatorem & maritum expetere, callidè syngtham à patriarchæ recuperavit, Eunuchum quandam libornans, qui diceret, imperatricem illius è fratre nepotis amore captam esse, nihilque restare, quàm ut chirographum reddat, quod jurejurando solvatur. Annuit pontifex, persuasus fenatoribus, jururandi chirographum Imperatrici restituit. Quo illa accepto, nupsit Diogeni. Zonar. 1.

Andronicus Comnenus, unà cum Alexio Porphyrogenito, Manuelis Imp. regnum administrans, filiam suam Irenen, ex consobrina Theodora Comnena contra leges susceptam, Alexio, Manuelis ex incesto cõcubitu Theodoræ filio, despondere eum vellet: brevi scripto ad procerum concilium missò, delibendum proponit, An locum habere possit matrimonium, in solens quidem, sed quod ad Orientis & Occidentis conjunctionem & captivorum redemptionem per-

tinetet, ac plura alia commoda Reip. allaturum esse: Homines avati, & res divina cauponari soliti, eas personas inter se cognatas esse negabant: propterea quod ex illicitis nuptiis procreatæ, nihil cum jure cognationis commune haberent. Alii verò nuptias istas incestas detestabantur, pauci numero, patriarchæ Theodosii studio incitanti, qui ubi se nihil proficere cerneret, è sacro Palatio in insulam Terebinthum, ubi fidi diverforium & sepulchrum struxerat, discessit. Andronicus nuptias perfectit, Bulgarorum Episcopo, qui tum fortè in urbe erat, cætemonias matrimonii peragente. Niceæ.

Ulvo cognomento Sprochaleg, natione Suecus, Urli femiferi nepos, Thragilli F. Canuti II. Danorum regis, tunc in Anglia commorantis, miles, Suecos in Scaniam assidue irumpentes reprimendi consilio, à Canuto ad forem Estritam literas accipit, quibus quicquid Ulvo peteret, facere jubebatur. Perfluat enim Canuto, se (acceptis ab eo militum copiis) bellum adversus Norvegianum regem gesturum. Idque ad Estritam pervenisset, Ulvo ejus nuptias facile impetravit, cum ipsa crederet, fratris consensu fieri. Petactis nuptiis, Canutum metuens, cum conjugè in Sveciam rediit, deditque Amundo & Olao consilium Danicè invadendæ. Saxo lib. 10. & 10. Magni lib. 17.

Rossa ferva, Solymanni Turcarum Imp. concubina, ut in matrimonium Imperatoris veniret, suisque liberis ex ipso conceptis imperium astrueret, hoc dolo uti esse. Mupletum factorum principem ceteriore facit, constituisse in honorem Dei & Mahometi prophetæ templum cum Xenodochio extruere: dubitare, an Deo gratum hoc ipsa factura esset. Respondit ille, Gratum quidem Deo id fore, non tamen in Rossæ, sed in Solymanni, cujus sumptu ipsa upotè ferva ædificaret, salutem cessurum. Hic illa forem (utam detestari, cibo potuque abstineret, æternas penas metueret coepit. Solymanus cum incredibili amore eam prosequeretur diplomate missò liberam esse voluit, justit. Illa templum ædificat, & Solymannum ad se, ut ante, commercie cupientem, libertatis obiecto privilegio deterrere: Neque enim cum libera Turcis extra conjugium rem habere licet. Amore ardens Imp. eam sibi matrimonio jungit, quinquæ aureorum ducatorum millibus annuis, dotis nomine, assignatis. G. Africanus Centorius lib. 6. com. bell. Transyl.

Quidam nomine Martinus Guette, relicta juvene uxore, in militiam proficiscitur. Elapso demum octavo post ejus discessum anno, quidam Arnaldus Tillius (sed sibi illius Martini Guette nomen asserens, quod ei omnibus oris lineamentis assimilis esset) ad illam cum venisset, ab ea pro marito recipitur, quippe quem esse Martinum Guette, non ipsa solum, sed quatuor ipsius Martini forores, alique nonnulli propinqui, & cum his amici vicinique omnes, per rursissimum haberent. Nam præter illam oris similitudinem, qua potissimum fretus hoc facinus aggrediebatur, indicia omnia, quæ à veto marito asseri poterant, asserbat, & varia superioris temporis facta dictaque illi in memoriam revocans, ad arcanos usque fermones ab illa & marito habitos, dum prima in nuptiali thalamo vestigia ponerent, & alia quorum nox concilia sola est, progrediebatur. Ea autem partim ex vero marito relucivisse, cum quo illi ex commilitio summa familiaritas intercesserat, partim magicæ artis auxilio divinali, creditus fuit. Sed cum per tres annos cum illa consuevisset, duobus jam susceptis ex ea liberis: quarto tandem H ineunte anno, cum ejus imposturæ suspicio mulieri oborta esset, actionemq; in eum intendisset, in carcerè conjicitur. A judice secundatio damnatus, cum ad curiam Tolosanà provocasset, sic ad infinitas propemodum ejus interrogationes respondit, totq; probabilibus argumentis innocentiam suam tueri visus est (præterquam quod tor eum testes, aut circiter, suo testimonio subleabant, quot erant ii qui suo eundem testimonio premebant) ut vocatis ad calculi omnibus conjecturis, nec damnare illum, nec absolovere curia Tolosana auderet. Hæstrantibus in ea tam perplexa judicibus, verus maritus Martinus Guette advenit: moxque quæ sibi factam videt injuriam, judicibus, exponit, eorumque opem implorat. Verùm ille alter inpositus maritus, postquam cum hoc vero commissus fuit, tot eum objectionibus oppugnare cepit, ut aliquando suspensus, sicut & antea, judices tenuerit donec tandem ille paulò post reditum, ab uxore veniam poscens agnitus, nec non fororum aliorumq; multorum palinodiam canentis testimoniis comprobatus verus maritus, suæ uxori, suæque domui redditur, alter autem sine imposturæ præmiis,

A domicilium in patibulo datur. Alii sua fallacia in principum impetra, aut in aliorum bona involarunt: at hic in alienæ uxoris possessionem involavit, & fabulosum Plauti Jovem non fabulosè imitatus est, ut testatur sententia, quam adversus eum curia Toletana tulit, lite primum apud eam interdicta ann. 1559. unde hanc narrationem excerptit Hen. Stephanus in *Apologia pro Herodo.*

DISSOLVERE, ELUDERE.

Eubates Cyrensis Olympionites, Laidi, quæ nuptias ejus vehementer expetebat, sese assentiri simulavit, & finitris ludis eam se ducturum asseruit. Mox victor, Laidis pictam imaginem secum advexit, ut pactis stare, & à meretricis interim amore liberaretur. In alterutro peccavit, vel in promittendo, vel in promisso astutè interpretando. *Alian. lib. 12. de Var. Hist.*

Lex erat à Pontificibus Romanis lata, ne vir ejus femina vel uxoris potiretur concubitu, quæ baptizandæ sobolis commatere extitisset. Fredegundis pellex Chilperici Francorum Regis, gnara hujus decreti, exosam cupiens marito reddere uxorem legitimam Audoveram, insidiosè ei persuadet, B ut pro recens nata filia baptizanda, abiente marito, ipsa fide juberet. Audovera nihil mali suspicata, obtemperat, propriamque filiam restis in baptismo existit. Fredegundis reverto regi mox negotium totum aperit. Rex iratus uxorem repudiat, & Episcopum, quod baptizandæ filie matrem testem admiserat, exilio damnat. *Atham etate 4. sub Justino juniore: Robertus Guagninus lib. 2. de Chilperio.*

Olaus Trigonis, primus apud Norvegianos Christianus Rex, ut in injuria, quam pridem Dani Norvegianis intulerant, vindicaret, Svenonemque Danorum regem in suam redigere poterat, in societatem belli Svenonum regem Olavum petrahere studuit. Ergo missis ad Olai matrem Sigritham vel Syriham, Sveciæ reginam, Erici Victoriosi viduam, legatis effect, ut ipsa in suum conjugium consentiret. At Svenonem Danorum Rex sibi metuens, implacabile odium inter Sveciæ & Norvegiæ reges suscitavit, ne ipsis pariter Daniam impugnantibus opprimeretur. Itaque duos faustulles subornavit, qui transfiguratum specie ad Olavum Norvegianum supplices pervenerunt. A quo benignè excepti, ceperunt Svenonem regem calumniari, & simul ejus filiam C Thyram eximia laude extollere. Olavus persuasus, filiam Svenonis per legatos sibi desponsari impetravit: Sigritham verò ad se sub colloqui simulatione in navigium, quo vectus advenerat, invitavit. Quæ cum navem ascensura pedem per ligno, quod in eum usum affixum erat, imponeret: præcepit in mare decidens, difficulter suorum auxilio à morte liberatur, & in litus semianimis reportatur. Postquam ad se rediit, perfidiam hominis detestata, Svenoni Dano nuptiæ. Svenoni filiam Thyram Olavo desponsatam denegavit. Ita Olavus duobus illustrissimis conjugis desitutus, dum alterum stolidè contemnit, ab altero turpiter repulsus est. Cum verò armis injuriam vindicare conaretur, bello navali à Svenone Dano, & Olavo Gotho superatus, è puppi in mare fere præcipitem dedit. Olavus Gothiæ regno Norvegiæ adjunxit. *Jo. Magni lib. 17. cap. 18. ex Sax. lib. 10.*

Ericus Diericus, Frothonis Danorum regis sorore Gunnara in uxorem ducta, à Frothone ad Gotari Norvegiarum regis filia Alvide nuptias impetrandas ablegatur. Gotarus Gunnaratam amore captus, Erico suadet, ut Alvida ducta sibi Gunnaratam relinquat. Ericus mente Gunnaræ erga se condamnata, Alvidæ quoque clam persuadet, ne cuquam alteri quam Frothoni nubat. Dies proinde simulatis nuptiis indicitur. Sub eodem tecto, contiguis tricliniis, in altero Gotarus cum Gunnara, in altero Ericus cum Alvida convivabatur: medium autem patietem exempli asserere pervium fecerat Ericus. Gotarus ergo cum post epulas Erici triclinium peteret, Gunnara, sicut antè jussa fuerat, pervium transgressa patietem, proxima Erico assedit. Gotarus, qualiter & quare eo venisset, percontari impensius cepit. Illa sororem se Gunnaræ, regemque formatum falli similitudine memorabat. Cujus cum rex cognoscendi causa triclinium suum repetivisset, Gunnara per eundem locum modè egressa, pristino in loco confedit. Qua visa Gotarus parum sibi credens, ad Ericum reversus, Gunnaram vidit. Ita quoties aularum adiutus permittitur, toties utrobique, quam quærebatur, offendit. Solum tandem convivio, filiam & Ericum nuptiali in cubitulum usque comitate profecit. Ericus Alvidam Frothoni destinatæ scortum accubare permittit, Gunnaram ad se recipit. Gotarus nocturno percussoribus Erico & Gunnaræ immittit. Quibus repulsis, Rrolleri fratris ope Ericus regem

fugat, direptaque regia prædam navibus impostam cum E Alvida ad Frothonem perduxit. *Saxo lib. 5.*

CONTRACTUS. FRAUS IN CONTRACTIBUS.

Consule Tit. Perfidia in contractibus voluntariis. Illic Fidei non servata, hic Astutia ratio habetur. Subjecto quidem conveniunt, at consideratione subiecti differunt.

EMPTIO, VENDITIO FRAUDULENTA.

Extant Alexidis jocoli versus, quibus negat mercatum bi-bi, quod vinum in ipsis, quibus advchitur, plautris, jam dilu-tum vendatur à Cauponibus, non quod ea ex re quæstum ca-ferent illi quidem, sed ut emptorum capitibus consulant, qui-bus alioqui periculum esset à crapula. Ejus verba sunt hæc:

— ποταπὸν  
 Ἐν τοῖς ἀναγκαῖς ἑδῶς κεραιδῶν,  
 Οὐκ ἴνα τὴν κεραιδῶν, ἢ δ' ἐπιθύμῳ  
 Προνόμοι, ἢ τὰς κεραιδὰς ὑγιεῖς ἔχων  
 Ἐκ κραιδῶν.

Pythius quidam, cum audivisset, C. Cannium equitem Romanum Syracusam otandi causa, non negotiandi (ut ipse dicere solebat) se contulisset, ut hortulos emeret, quod invitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellationibus posset: dixit, Se quidem hortos non habere venales, sed licere uti Cannio (si vellet) ut suis: & simul ad cænam hominè in hortos invitavit in postero die. Cum illi promississet, tum Pythius, qui ut esset argentarius apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se convocavit, & ab his petivit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur: dixitque, quid eos facere vellet. Ad cænam tempore venit Can-nius. Erat opparè à Pythio apparatus convivium: cym-barum ante hortulos multumdo, pro se quisque, quod ceperat, asserbat, ante pedes Pythii pisces abiciebantur. Tum Cannius: Quæso, inquit, quid hoc est, Pythi? Et ille, Quid mirum? inquit, hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium: hic aquatio, hac villa isti carere non possunt. In-census Cannius cupiditate, contendit à Pythio, ut vende-ret. Emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit. Inuitat sic Cannius postera die familiares suos. Venit ipse maturè. Ad scalmum nullum videns, à Pythio se fraude deceptum esse cognovit. *Cicero lib. 3. Offic.*

Romæ, cum in arce augurum Augures acturi essent, jus-sissentque illi, T. Cl. Centimanum, qui ædes in Cælio mon-te habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis: Claudius proferpissit insulam, vendidit: emit Publius Calphurnius Lanarius. Huic ab Auguribus illud idem den-unciatum est. Itaque Calphurnius cum demolitus esset, cognovissetque, Claudium ædes postea proferpissit, quam esset ab Auguribus demoliri jussus, ad arbitrium illum adegit, quid sibi de re ea faceret oportere, ex fide bona. M. Ca-to sententiam dixit, Cui in venundando rem eam scilicet, & non pronuntiatæ emptori, demum præstari oportere. *Ibid.* M. Crassus facultates suas maxime ex igne & bello civili confavit. Siquidem cum Sylla capta urbe bona ad se inter-emptorum subbasaret, prædam eam suam censens & appel-lans, idque agens, ut quàm plurimis ex potentissimis civi-bus illud iniret piaculum, nullum domum vel sectionem repudiavit. Jam considerans ædificium, propter molem & frequentiam, incendia ac sedimenta, servos comparavit architectos & fabros. Quibus ad quingentos paratis, empti-tabat inflammata & vicina inflammatis, quæ domini metu & incertitudine calui, villi pretio dimittentur. Ita pars urbis maxima in illius recidit mancipium. Qui cum manum tan-tum haberet artificum, nisi propriam domum nihil ipse ædifi-cavit, cupidus dicens ædificandi à semetipsis everti sine ad-vertariis. Civibus verò, qui ædificare vellet, operas ser-vorum locabat mercede, ac simul aræ spatium cuilibet pro suo arbitrio ad ædificandum vendebat. Multas pollebat argenti fodinas, agrum pretiosum, multoque, qui cum exercerent. *Plur. in Crasso.*

SOCIETAS FRAUDULENTA.

Cum olim sacrificiis mos esset solidas hostias igne ablu-mere, nec possent ob sumptus magnitudinè pauperes sacrifi-care: Prometheus Japeti & Asæ F. egit cum Jove, ut media tã-tum hostiæ pars igni daretur sacro, altera media eederet in usum hominum. Ipse ergo duos tauros Jovi immolavit, utrius-que ossa pingui operuit, & corio unius, carnes verò corio al-terius: deditque Jovi optionem, ut quem illorum taurorum vel-let, eligeret. Jupiter simplex Deus nihil suspicatus in esse frau-dis, quem promissum habuit ad manû, cepit, ossa videlicet. Do-lo deprehensio, ignem removit ab hominibus, ne sacrificare possent. Prometheus verò ignem ferula tx illo Joveo & ce-lesti

Alesti surripuit, communicavitque cum mortalibus. Ideo Caucaaso affixus est, aquila ejus jecur subinde renascens de-pascente. *Hygini.*

IN DEPOSITO FRAUS.

Apud Eginesien in Achaja, in foro concipiebantur olim duo anea signa, in cella quadam Neptuno, & Herculi dicata, Argeos nuncupant, vel quod (ut Argivi dicunt) Argis fabri-cata fuerint: vel quod Egiesies (ut ipsi vulgariunt) deposita illa apud se ab Argivis asservarint. Quibus cum jussi essent quo-tidie facta facere, quò id sine publica impensa fieret, excogi-tasse, ut ea ipsa, quibus postea in epulationibus vescerentur, diisque rem divinam facerent, consecrarent: sed enim cum depositum aliquando repetissent Argivi, se quoque repetuisse, quam in sacra erogasset pecuniam: illos cum solvendo non essent, signa reliquisse. *Pausanias in Achaïcis.*

Ancilla quædam Atheniensis pecuniam depositi nomine à duobus hospitibus acceperat, ea conditione, ut illam simul utrique redderet. Horum alter interjecto tempore tan-quam mortuo socio, squalore obstruit, decepta omnes num-eros abtulit: supervenit deinde alter, & depositum petere cepit. Hærebatur miser. Ad Demosthenes, ut ei in advoca-tionem veniret: Muller, inquit, parata est depositi fidem sol-vere: sed nisi foris adduxeris, id facere non potest, quoniam, ut ipse vociferatur, hæc dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeretur. Judices pro te prudenter pronun-ciantur. *Vid. Axiol. 7. cap. 2.*

Emiliorum Ecclesia à Mamiano partitico ante multos annos hæres erat inflata. Prifcus Emilienus, in alienis liti-eris imitandis solertissimus, cum civium opulentissimus, anno-tasset, eorum majoribus accuratè pervergitibus, antiquas eorum liti-eras nactus, libellos multos quasi ab illis scriptos composuit, qui consistenter, se Mamiano pecuniam magnam reditu-ros, quam ab eo depositi nomine accepissent. Ac pecunia scitissimis istis libellis comprehensa, non minus centum cen-te-narius consecit. Eas literas procuratoribus Emilienis Eccle-siæ tradidit, partem hujus pecuniæ ipsis pollicens. Cæterum lex obstrabat, caute omnes ad annos 30. præscriptionem re-digens, paucas verò quasdam, & hypothecatas omnes in an-norum spacio excludens. Byzantium profecti, & imperatori Justiniano pecuniam largiti, impetrarunt, ut appellationum Causæ C. annorum spacio concluderentur. *Suidas.*

Synesius in Epistola ad fratrem meminit Euthali iustis-dam in postulis insignis, qui binas crumenas concinnarat, adeo sibi mutuo similes, ut non potuerit magis: earum alteram aureis minus impleverat, alteram aræis: ac priorem quidam, abstrusa altera, apud publicanos proximit: mox ejus loco, adnumerata jam, & ad balancem appensa pecunia, al-teram suppositit clanculum, accepit interim publicis tabel-lis consignatis, quæ acceptum aurum tælabantur. Similis impostura rudimentum experta est postea regio, inquit Ju-nius, ubi pati arte fraus usuratio facta est, pro coreaceo involuto, quo patere argentæe continebantur, suppositi altero, quod flanneas capiebat. *Hadrianus Junius cent. 8. Adag.*

Jo. Jacobus Schatzzius à Traubach, Argentinæ hospiti cui-dam catenam orichalceam magni ponderis servandam de-didit pro aurea. Mox ab hospite mutuum pecuniam petiit. Hospes non gravatus dedit, pigmore deposito fretus. Schat-zzius cum locum, in quo carenam hospes deposuerat, obser-vasset, clam eam abstrulit, & in cloacam projecit. Depositum inde repetit. Hospes nil de fide illius suspicatus, à fure quod-dam sublatam credebatur. Commodum, interea falsi crimine convictus Schurzzius, cum jam cervicem carniciferi ferendam præberet, ita demum contra hospitem commissam falsus est. *Beat. Rhenan. 3. rer. Ger.*

Huldericus Vagner, caupo Villisoviensis in Helvetia, Egidium Spilmanum, civem Bernensem locupletem, hospiti-o exceperat. Ei loculos suos Egidius bona fide servandos committit. Caupo perfidus aperis loculis sigillum repetit, eo-que chirographum Egidii nomine scriptum, magnam pecu-niæ vim sibi à caupone commissam, in trium testium præ-sentia fatentis, obligat. Aliquot annis post, cum testes duos (nam tertius jam obierat) pecunia corripisset, Egidium in jus vocat depositi reddendi causa, literas proferit, testes producit. Egidius cogentibus amicis, cum eo pacificur, & moram solutionis vsi imperat. Interea caupo Lu-cretiæ Archigrammatheci ancillam, ipso absente, occidere aggressus, ut domum inde compelleret, istu abertans, ancillæ clamore proditus & captus, postquam perfidiam suam erga Egidium detexit, rotæ supplicio affectus est. Testes falsi Ber-

nae bullienti oleo immersi perierunt. *Stumpf. lib. 7. Helvet. E*

LOCATA OPERÆ FRAUS.

Latomus quidam apud Batavos stabula ingreßus, lupi ster-cus clam in præsepibus abscondebat. Cujus odore ut voracis sui hostis præsentia, ob antipathiam, veluti malefico actu teritæ pecudes, ultro citroque exultare, & insolito concitati furore videbantur: unde turbati rustici incantamentum esse coniecerunt. Quocirca ad fabulæ actorem, velut è spe-cula hæc observantem, atque sanandi malefici nomine cele-brem concurtebant: qui tecta fascini materia, lupinimiri-um excremento, occultè ablata, oculis in malum amoliteba-tur; sublata enim causa, tollitur effectus. Sic rem qualem-cumque ex hac professione faciebat. *Vierus lib. 4. cap. ult. de Præfiz. demon.*

IN ÆRE ALIENO FRAUDULENTI.

Cum apud Rom. Calendarii potestas pensis Pontifices tantum esset, sæpè fraude Sacerdotum, qui publicanis pro-ferri vel imminui consilio anni dies volebant, modo aucto, modo retractio dierum proveniebat: & sub specie observa-tionis, emergebat major conventionis occasio in Calendario, quam postea C. Jul. Cæsar magna ex parte sustulit, & corre-xit. *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 14.*

DEBITUM, CREDITUM, MERCEDEM.

Memnon Rhodius à militibus auferbat solutiones, & stipendia sex dierum in anno, quos dicebat exemptos: diebus, his diebus neque custodiam illis nullam esse, neque ita tem-erè dabit militibus stipendia, secunda die à nono mense. A primo quidem mense præteribant dies tres, à sequenti quinq; & ita usque ad tricesimum diem: sicque in anno mensem unum à militibus iterum auferbat. *Arist. in Oecon.*

Corax primus apud Syracusas, mortuo Hierone, Rethorice instituit proferri. Lysias adolescentis factus est cum eo dimidium jam tunc dare, reliquum dimidium tum solvere, quo primo die causam apud iudices orasset, & vicisset. Verum ubi artifex jam factus, premium cunctare-tur, neque causas reciperet, à præceptore in jus vocatur. Sed quum quæreretur, qui finis litis esset futurus: Lysias ait: Si persuasero iudicibus, me nihil debere, non tradam patientis-simo præceptori quicquam, quia jam vici: sin non persuade-ro, etiam non dabo, quia artem persuadendi à te non didi-ci. Tum Corax: Imò, inquiris, si persuaseris, dabis, quia artem calles; sin minus, dabis etiam, quia non vicisti. Erum iudices subjecerunt, κακὸν νόμον κακὸν δὸν, id est, Mali corvi malum esse ovum: caulamque in diem longissimam distule-runt. Vide *Prolegomena in Hermogenis Rethorice: & Gel-lium l. 5. cap. 10.* qui simile quiddam de Prothagora Abderite sophista, & hujus discipulo Euthalo narrat. *Brisonium l. 5. cap. 2. L. Apulejum in Floridorum libris: Eras. Roter. in prover-bio, Mali corvi malum ovum.*

Cleomenes Spartanus appropinquante novilunio, cum ingrueret necessitas stipendia militibus persolvere, navigavit ex industria. Procedente autem mense, stipendia per-solvit, ac resumpsit navigationem. Postea novo in eunte mense, solutionem differerebat ut que ad lunam silentem: mi-lites autem, quia nuper receperant stipendia, quietè se habe-bant. Sic in anno mentem unum prorogans, semper mensis mercedem auferbat. *Arist. in Oeconomis.*

Stabellius Milon militibus stipendia habens, convocans duces, dixit illis: Nullo pacto se privatis indigere militibus, sed ducibus. Cum verò sibi opus esset, mitteret eos, dāns eorum cuilibet argentum ad colligendos externos. Stipendia autem, quæ illis debebat, ducibus ipsis pollicebatur se dare. Præcepit igitur unumquemque dimittite extraneos è regio-ne. Duces itaque arbitantes, pecuniam illam suam fore, re-miserunt milites, ut præceperat. Parvo autem exacto tempo-re, cum mercedem proferent, eos convocans, dixit: Neque tibicinem sine chorea, neque duces sine militibus ad qui-cumque utiles esse. Quare præcipiebatur, ut regione discederent. *Ibidem.*

Hanno Carthaginensis, cum sciret, quatuor millia Gallo-rum equitum, propter retenta aliquot mensium stipendia, de-crevisse ad Romanos transire, quibus eum eo tempore Han-no in Sicilia bellum gerebat: pacatis miti oratione aliquan-tisper Gallorum animis, representata etiam pecunia parte, ordinavit, ut unus ex iis, qui ipsius pecuniam curabant, veluti administratæ pecuniæ rationem reddere non posset, à se profugeret, atque Octavio consuli Romano significaret, Gallos, qui cum Hannone essent, in expeditionem profectos esse,

A esse, tempusque ac locum, unde abissent, & quot essent, indicaret. Eos igitur incautos, ac nihil tale verentes, Romani invaserunt. Galli autem est, dum se tuerentur, Romanorum permultos occiderunt; tamen è pluribus circumventi, omnes ad unum interierunt. Hanc tantis Gallorum impeditus pecuniam, quam, ut eos placaret, dederat, tagno fenore redemit; tria haud levia ea calliditate consecutus. Nam & permultos Romanos per Gallos interemit: & transfugas ad unum ultus est: & pecuniam quam male apud eos, qui transitionem moliebantur, locaverat, recuperavit. *Fulg. lib. 7. cap. 4.*

Dionysius citharedum accersiverat, ut sibi caneret in nuptiis: atque cum eo his pactus est legibus, ut quod doctius meliusque caneret, hoc copiosius ferret mercedem. Annus est omni artificio citharedus, uti quam scitissimè caneret, sperans amplissimum premium. At postmodum pacem mercedem repescit musico, qui conduxerat, ait: Jam perfolvis sese, quod esset pollicitus: nempe par pari feculisse, proque voluptate reposuisse voluptatem, spem licitè significans: que quidem hoc major fuerat, quo magis

B ex arte cantasset. Verum negat. *Arist. lib. 9.* Ethicorum par pari retulit: propterea quod alter id, quod volebat, accepit: alter eo, quod expectabat, frustratus est. *Erasm. in proverb. Par pari.*

Amator quidam Clodium, P. Clodii foretem, deceptus, æreis quadrantibus loco argentorum in loculos ejus immisissis. Unde postea Quadrantula fuit dicta. *Plut. in Cic.*

TESTAMENTA.

Consule Tit. *Perfidia in testamentis, item Testamenta jure rescissa. Illic Perfidia, hic Astutia notatur.*

Olim Charonitarum cognomen apud Romanos populari joco tributum est, quod ex defuncti commentariis tuebantur, quod perperam agebant. Hinc ortum. Quum M. Antonius oratione funebri, prolataque C. Cæsaris veste populium in ejus interfectores incitasset, artipuit Cæsaris Commentarios, in quibus acta illius continebantur, inique adscriptis quæ libuit: Atque horum auctoritate se facere simularat, quidquid agebat, aliis tribuens magistratus, alios ab exilio revocans, alios vinculis liberans. Hi omnes, quoniam se defuncti commentariis exculabant, vulgari joco dicti sunt *Xenophon*, ut refert *Plutarchus in vita M. Antonii*. Simili artificio quidam abutuntur testamentis.

Sere Galba observavit ante omnes Liviam Augustam, & viva gratia plurimum valuit, ejusque opus ex palatio processit ad consularum, & mortuæ testamentum penè dictatus esset, nisi fraude Tiberii fuisset impeditus. *Cass.*

Obcuræ mulieris non obscura perfidia. Ab agricola decepto matto bonorum omnium ex arte hæres relicta mulier ea lege, ut bovem aratorem venderet, & pecuniam pauperibus erogaret: altero die à funere bovem in forum producit, gallum gallinaceum ejus tergo imponit: hunc illum autem uno licitantibus proponit, ita ut qui bove emeret, gallum quoque emere cogere. Invento emptore, pretium bovis pauperibus impendit, galli vero servavit. *Joannes Paulus in Spudo pedia.*

FOEDUS, INDUCIAS, PACTA, ASTUTE contrahere, servare, interpretari.

Vide Tit. *Perfidia erga hostes. Illic Fidei non servate, hic Dolus ratio habetur.*

D Extorsit Sennacherib Assyriorum Rex, ingens auri, & argenti pondus, tributum nomine, Ezechiae Judæorum regi jurjurando interposito, fore, ut auro expenso confectum Hic vololyma obsidione solveret. Sed impius Rex, ceu sibi, non hosti juratus esset, ex sua sententia religionem interpretatus, ipse cum parte una copiarum digressus, in alias portas gentem convertit bellum: parte tamen exercitus multo maxima ad obsidionem relicta, tanquam multum referret, per se, an per alium, suis armis hostilibus premeretur: estque scelus id expiandum memorabili Assyriorum caede, centum octoginta quinque millibus hominum nocte una ab Angelo interfectus. *Sab. lib. 10. cap. 5. Exempt.*

Datus, Rex Persarum constitutus, quum populo jurjurando affirmasset, se nullum ex septem principibus (qui conjuraverant adversus magos) veneno, ferro, aut aqua oppressurum, ut religioe solutus videretur, locum patribus cinxit cineribus plenum, superque suspensum imposuit lignum, cui principes ipsos benignè cibo, &

potione exceptos insidere jussit, ut somno sopiti deciderent in insidiosos illos cineres. *Ravissus.*

Cum octavo mense Persæ Barcen urbem obsederent, & multi urinque cederent, nec pauciores ex Persis: Amasis Dux peditatus animadvertens, Barceas vi non posse superari latam fossam per noctem depressit, eique fragilia superstravit ligna, & super eam humum induxit, reddens solum cetero aquabile. Simul atque illuxit, Barceas in colloquium evocat. Illi libenter obtempere, quod eis cordi erat ad pactationem devenire. Pactationem autem in formulam ineunt, ferientes sedus super occultam fossam: Quoad humus ea ita haberet, tandiu sedus in ea regione ratum foret: Barceas, quod æquum foret, se pensuros regi promittentibus, & Persis, se nihil rerum novarum adversus Barceas esse molituros, Barceas dehinc fœderibus freti, & ipsi ex urbe prodibant, & ex hostibus cuiusque licebat intrandi urbem faciebant potestatem, patefactis omnibus portis. At Persæ rescisso ponte occulto, in urbem proruperunt. Ideo autem pontem quem fecerant resciderunt, ut sedus solerent, quod cum Barceas percussissent, tandiu ratum fore sedus, quoad maneret terra, ut tunc manebat. Refracto enim ponte, non manere sedus in ea regione amplius. *Herodotus lib. 4. Polyæmus verò lib. 7. hoc sitatama erga Barceas tribuit Aryandi.*

Agnon Atticam coloniam deduxit, ad inhabitandum eum locum ad Strymonem, qui novem viarum nomen habet. Ex oraculo viros aliquot Trojam misit, qui Rheii monumentum per noctem effosso, ejus ossa fustulerunt, & in chlamydem purpuream conjecta, ad Strymonem deportarunt. Barbari flumen transire prohibebant. Agnon factis trium dierum induciis, noctu Strymonem cum exercitu trajecit, & adæ defosidit, locum fossa ac vallo munivit ad lunam: totaque munio tribus noctibus profecta est. Barbari post triduum reversi, cum murum adificatum cernerent, Agnonem violati fœderis accusarunt. At ille: Convenisse inter ipsos de tribus diebus, se verò tribus noctibus murum exerxisse respondit. Hoc pacto Agnon novem vias condidit, urbemque Amphipolim appellavit. *Polyæn. lib. 6.*

Inter Lycurgi majores clarissimus Souts fuit, sub quo Iotas Lacedæmonii in servitum redegerunt, latumque agrum immotis Arcadias adjecerunt finibus suis. Fama est, Soutm, cum in loco aspero, & arido circumfideretur à Clitoris, pactum fuisse: Si ipse totiusque exercitus suus ex propinquo fonte bibissent, agrum se, quem is admetat, bello redditorum ipsi. Cum esset id fœdus jurjurando sancitum, concione advocata suorum pronunciatæ regnum se ei, qui non bibisset, dare. Ubi nemo se tempestate potuit, sed biberunt omnes, ipsum descendisse omnium postremum: atque cum conspersisset aqua se hostibus adhuc presentibus, discessisse: itaque agrum, quod non potissent omnes, retinuisse. Quem etsi ea de re magno in honore haberent, non ab eo tamen familiam, verum à filio ejus Eurytionidas appellaverat: quod nimium dominatum regni princeps Eurytion, ambitione & populari aucta ductus, relaxasset. *Plut. in Lycurgo.*

Cleomenes, Lacedæmoniorum Rex, cum septem dierum cum Argivis inducias fecisset, tertia nocte, cum Argivi secuti omnino agerent, incantos adortus, magnam eorum numerum cecidit, atque cepit. Cum autem perfidia Argivi cum arguerent, septem dierum se inducias dedit. *Plut. in Apph.*

Peticles Atheniensis proclamavit, in columas futuros hostes, si deponerent ferrum. Eique obsequios conditionibus, universos, qui in sagulis ferras fibulas habuissent, interfeci jussit. *Front. lib. 4. cap. 7.*

Thybron in Asia castellum oppugnans, prefecto custodiæ persuasit, ut ad faciendum factus prodiret, jurans, etiam non isto fœdere sese illum in castellum restitutum. Ergo processit, & in colloquium venit: custodes autem castelli, ipse pacis, dissolutius agebant. Interea Thybronii impressionem facientes, vi munitionem ceperunt; Thybron verò prefectum custodiæ reductum in castellum, quemadmodum jurjurandum habebat, jussit eum intus morte affici. *Polyæn. lib. 2. Stratag.*

Paches Notium oppugnans, Hippiani ducem postulat, ut è munitione ad colloquium exiret, fide data, se illatum & vivum eum remissurum. Postquam verò processit, custodia penes illum relicta, Notium vi cepit: atq; tum Hippiani vivum

A vivum in urbem Byzantium, quemadmodum in fœdere promiserat, sex mox jaculo peremit. *Polyæn. lib. 3.*

Thrace prælio cum Bæotis facto ad Copidem paludem victi, in Heliconem confugerunt, & inducias cum Bæotis ad dies aliquot fecerunt: in quibus Bæoti invito consilio discedunt, freti victoria, & induciis confidentes, atque immortali Eteonia: pro victoria sacrificantes, convivia celebrant. Thraces per noctem in sacrificantes, & convivantes impetu cum armis facto, multos interfecerunt, multoque vivos ceperunt. Bæotis eos violati fœderis inculantibus, responderunt Thraces, se nullo modo fœdera esse transgressos. Dierum enim inducias certis conditionibus factas esse, de noctibus sibi nullum fœdus cum eis intercessisse. *Polyæmus lib. 7. & Strab. lib. 9. ex Ephoro.* Ea res proverbio locum fecit. *Oraxus maxime, id est, Thracia iudela. Erasmi in Adag. ex Zenodot.*

Chalcedoni cum Byzantiis bellum gerentes, induciis aliquot dierum constitutis, utriusque viros ad capiendum de pace consilium miserunt. Tres dies consilium agitabant. B Quarto Chalcedonii sibi discedendum esse dicebant, ob incumbentiam quedam negotia. Concedentibus Byzantiis, illi per noctem ex improvisis Byzantiis obstruerunt. *Polyæmus lib. 6.*

Dercyllidas jusjurandum dedit urbis tyranno, si procederet ad colloquium, eum statim iterum in urbem revertiturum. Itaque processit tyrannus. Dercyllidas portas aperire jussit: sin minus, se mortem ei allaturum. Postquam verò metu impulsus aperuisset: Nunc, inquit, in urbem te dimitto (hoc enim juravi) atque etiam ego cum exercitu meo ingredior. *Idem lib. 2.*

Alexander magnus castellum Indiæ valde munitum obsidebat. Indi metu compulsi transegerunt, ut sibi cum armis liceret egredi. Egredi collem alium occupaverunt, custodiaque effecerunt. Alexander exercitum adducens, Indi fœderis religionem implorantes: De exitu duntaxat se fidem dedisse, inquit, de demissione nihil à se promissum fuisse. *Idem lib. 4.*

Gaunite cum hostibus jusjurandum inierunt, & fœdus de pace constituerunt, ea conditione, ut nihil aliud quam quædam pacem per universum murorum circuitum eximerent. Quibus eam rem tolerabilem existimantibus, hostes infimos lapides è mœnibus eruerunt, ut sic facile moles universa collaberetur. *Idem lib. 6.*

Locri Italici fœdus cum Siculis facientes, alii capita sub tunicis super humeros impoferunt, & terram injectam calcis sub pedibus habentes, jurarunt, se firmam ac solidam ipsi Rempublicam conservaturos, donec eam terram calcarent, & capita in humeris ferrent. Jurjurando fidem habentes, Siculos omnes postmodum Locri interfecerunt, quasi jam non amplius in eadem terra ingredients, neque capita in humeris ferentes. *Idem lib. 6.*

Timoleon oppugnabat Milarchum tyrannum, qui multos dolis circumvenerat, & neglecta jurjurandi religione innumeris cruciaverat. Tyrannus simulabat se iudicium apud Syracusios subiturum, si Timoleon non accuseret. Ille juravit, se non accusaturum. His intercedentibus conditionibus Milarchus Syracusas venit. Timoleon, cum eum in concionem protulisset: Nequaquam, inquit, cum accusabo; sic enim pactus sum: D verum interfeci celebratim jureo. Nam æquum est, qui multis verba dedit, eum aliquando simili ratione circumveniri. *Idem lib. 5.*

Iphicrates in Thessalia, & Jason tyrannus propè fluvium fœdus componere volentes, per interuncios sese mutuo scrutabantur, & corpora armis nudabant: atque ita sub pontem convenientes, colloquium inierunt. Postquam verò per victimas juramentum esset faciendum, Iphicrates in pontem ascendit, Jason pecudem absenti patris creptam immolare in fluvium cepit. Tum Iphicrates desilens, apprehendens gladium, a cæde quidem abstinuit: in conditionibus autem, que sibi placerent, consentire adegit. *Polyæn. lib. 2.*

Phoenicem cum Syracis, Phœnicum fœdera in proverbium abiit. Phœnicæ, qui Carthaginem considerunt, cum ad Libyam appllisent, rogantur incolas loci, se recipientes noctem & diem. Hoc verò imperato, noluerunt discedere, quasi pepigissent nocturnum, & diurnum mansionem. Similia Demon de Metapontinis narrat. *Suidas.*

Arcti Romanæ præerat Sp. Tarpejus. Hujus filiam

Tarpejam virginem magnis promissis corrupti Tatiis, Rex Sabinorum, ut quum petium aquam exiret, amatos in arcem admitteret. Ipsa se facturam promissit, si quod in lævis omnes gestarent, sibi daretur. Accepit conditionem rex, & quam intus jam essent, virginem scutis obrutam interemerunt: hæc enim in lævis gestabant, quum illa de aureis armillis sensisset, quas in sinistris brachiis habebat. *Plutarchus in Paradelis* hoc Albanis, & non Sabinis contigisse scribit, ex Aristide Milefio. Sed ego Latinis scriptoribus, *Livio, Fabio, Pisoni, Cincio, etiam Dionysio Græco, magis accedo. L. Vives in lib. 3. August. de Civitate Dei, cap. 13.*

Romani, Celtis robur ac vires sumentibus, fœdus cum eis fecerunt, his conditionibus, ut tributa eis penderent, portamque apertam omni tempore præberent, & terram extendendam concederent. His factis, Celta: castra metabantur. Romani, tanquam amici, multa hospitalia munera miserunt, vinique magnam copiam. Barbari (natura autem Celtica gens ad vinum proclivis est) hausto vino, præmia ebrietate prostrati jacebant. Romani, impetu facto, eos occiderunt. Ut autem ex fœderum conditionibus omnia viderentur agere, in saxo inaccessio portam apertam edificarunt. *Polyæmus lib. 8.*

Bavatorum rex Cacanus, cum in Carniam atque alia Venetiæ loca cum ingenti exercitu venisset: primo prælio Gisulfum Longobardorum ejus regionis ducem occidit, atque urbem, ubi Gisulfus uxor erat, Romilda nomine, obsedit. Ea de munis hostes conspicata, ut Cacanum ætatis flore conspicuum formaque insignem vidit, ejus capta amore, pepigit, si se uxorem duceret, urbemque Gisulfus liberos daturam. Cacanus accepta conditione, ut fidem quam dederat præstaret, prima nocte in lectum suum eam admisit: mox is, qui adire eam vellent, portam facta, adacto per muliebres locos palo, spectandam omnibus proposuit, urbemque Forumpuljii evexit. *Fulg. lib. 7. cap. 3. ex Paulo Diacono.*

Gregorius, Romanus patricius, in Foro Julensi regione invitatos Cacanem, & Talonem Longobardos fratres, Foro-Julientes duces, ut ad ponendam apud se primam barbam (quod prælis Longobardis amicitia vinculum erat) Opitergium (quæ urbs Uberzum nunc appellatur) veniret: ut eos G in urbem accepit, clausis portis intermi jussit: delatiquæ ad se ipsorum capitibus, ut fidem præstaret, utriusque manu sua barbam abradisset, ita nec culti talorū molestiam illam sentirent. *Ibid.*

Ebroinus, equitum magister, super corpora sanctotum juramentum facturus, quod Martino Australiano Duci non offaturus esset: capiti loco eximi curavit, hostemque improvidum excipiens interemit. *Emil. lib. 1.*

Capuani, numeribus corrupti ab Alerico Marfomum Episcopo, ut Abbatem Cassinensem oculis privarent, Abbatem in urbem juris dicendi causa invitant. Is dolum sentiens, venire reculabat. Instant illi, interposito juramento, saluum & incolumem se ipsum ad S. Benedicti Monasterium (nec Cassinense, sed Capuanum intelligentes) perducitur. Itaque Abbas cum ipsis Capuanis contendit. In Monasterium autem S. Benedicti, quod Capua erat, honorificè introducto Abbate (sic enim fides suæ satisfactum putabant) vincula injiciuntur, oculique effodiuntur: it mox in teolo involuti per legatos ad Albericum terri curantur. *Chron. Cassinense lib. 2. cap. 4.*

H Frederico I. Imp. tertium in Italiam descendente, civitates Italicae laude illum adire, & tyrannidem prætorum ejus, dū abesset, miserabili oratione sunt protecutæ. At Fredericus in unum Alexand. III. pp. interitus, bellum ex omnium suorum sententia adversus eum decrevit, legatos, principesque superbi repudiavit, & Paschalem III. pp. Romam duxit. Interea Italici, indignum esse Germanicam ultrà patriarrogantiam, arbitrati, de vindicanda libertate, & fœdere feriendo egerunt. Hi fuerunt Veronenses, Vincentini, Patavini & Tarvisini; item Cremonenses, Brixiani, Bergomates, Mantuani, Ferrarienses, Bononienses, Mutinenses, Regienses, Parmenses, & Placentini. Inde ubi constituta inter eos dies venit (ea verò ante quintum Kalendas Majas fuit) omnes armati præfò Mediolanensibus affuerunt: eosque veterem in patriam, quantum desertam atque deletam, restituerunt. Et quoniam, ut inquit Choniata, multis eam nunquam se munituros jurarât, fossis, aggereisque ingentibus confirmarunt, ita ut egredi defendi adversus quemcumque impetum hostium possent. Addit idem Choniata, hæc omnia, pecunia à Manuele Imp. suppe-

A suppeditata esse confecta, qui Friderici potentia invidet, atque Italicorum adversus eum animos irritare non desinebat. *Sigon. l. 14. regni Italici.*

Hatto, Moguntinus Episcopus, cum Ludovico III. Imp. nomine, Alberto Franconia comiti, quem Ludovicus in urbe Bambergae obsidebat, promississet, si ad colloquium cum Ludovico ab urbe descendisset, in Bambergam se eum incolumem restitutum: postquam urbe Albertus est egressus, Hatto, quod hora tardior videretur, Satius esse prout prandere, dixit, moxque ad Ludovicum ab arce descendere. Prout igitur cum ad Ludovicum descendissent, Albertus captus est, & securi percussus, propter Conradi Ludovici patris mortem, qua eum Albertus adecerat. Cum autem incularer Albertus, non servari sibi pacem fidem, cum prorsum cum eo profectus esset: & quia semel tantum promiserat eum se restitutum, idque servasset, injuste eum queri de violata fide. *Fulg. l. 7. c. 3.*

Rodericus Gutherius Comes in prelio captus a Ferdinando Castulonensi rege, hac conditione dimissus est, ut juraret, se fratre Alvaro, qui prelio ceciderat, sepulcro redituro. Fratre itaque corpus aromatibus conditum, atque capite plumbeo inclusum, quocunque proficeretur, secum tulerit, neque ante sepelivisset, quam Ferdinandum regem decessisse intellexit. Ea arte, ad Ferdinandum non redeundo, sacramenti religione se solutum putavit. *Idem.*

Inducis inter Edvardum Anglorum, & Joann. Francorum reges Itanibus, Angli dolo urbem munissimam occuparunt. Conquerente Joanne, Edvardus respondit, Atmotum, non mercimoniorum eas esse ferias. Armis urbes occupare non licere, pecunia proditoribus data licere. *Agid. Corrozet. de dictis & falsis mem.*

Bajazethes II. inito clam foedere cum Ludovico Mediolanensi principe, bellum Venetis inferre decreverat: consilia tamen sua regens, Andream Zancanum Venetorum Legatum benigne excepit, & cum eo etiam sedes renovavit: sed foederis capita Latinis scripra literis ei dedit. Est autem in eorum legibus, ut quae sua lingua verbis scripta non sunt, ea praestari non sit necesse. Erat tum Byzantii civis Venetus Andreas Gritus, qui mercaturam ea in urbe annos complures exercuerat. Is quod omnia Turcarum instituta callebat, ea de re Zancanum admonuit, atque uti sedes verbis barbaris conscriptum haberet, pro sua in partium charitate illum et hortavit. Zancanum tentata, cum nihil efficere potuisset, cum foedere Latinis scripra literis ad urbem rediit: neve nihil videretur attulisse, id quod ab Gritto ea de re Byzantii accepisset, Senatui reticuit. Gritus Senatui ea de re admonuit, ne imparati a tyranno obruerentur. Eam ob causam a Bajazethes in vincula conjectus, de vita etiam periclitatus est: sed tandem liberatus, summam aliquot post annis dignitatem in patria obtinuit. *Bemb. l. 4. Hist. Venet.*

PERSONAM, ORTUM, FAMILIAM, GENUS, NATALES ASTUTE MENTITI.

Magus quidam, nomine Smerdes, propter similitudinem, Smerdem, Cambysis Aegyptiorum regis fratrem (quem Cambyses, metu, ne regno infidaretur, interfici jussisset) se finxi esse, atque adversus Cambysium regnum occupavit: & nisi fraus detecta fuisset, quia delectas habebat aures (id quod O. hanc sila palam fecit, dum cum eo cubans, caput pertractasset) acquirere fraude regnum quiete possedisset. Sed eum postea Darius, fraude detecta, cum Regno, vita etiam privavit. *Fulg. l. 9. c. 16. ex Herod. l. 3.*

Cum Antiocheni a Demetrio Sotere Seleuci filio rebellarent, a Ptolemaeo Philometore Aegypti rege adjuti, Pampalum Antiochi Epiphani filium miserunt esse, inditoque Alexandri Baliani nomine, ad regnum adversus Demetrium Soterem creverunt, istius quam Demetrio regnum ei debere asserentes. Pampalus ob populorum in Demetrium odium magnitudinem, rebellante reliqua Syria parte quemadmodum ante Antiocheni fecerant, Demetrium prelio superatum interemit. At cum insolenter nimis male partium administraret regnum, post aliquot annos a Demetrio Nicatore, Soteris Demetrii filio, quem ipse occiderat, Syria pulsus, in Arabiam effugit, ubi interemptus fuit. *Idem.*

Haud multo post simili fraude Aegyptius juvenis, mercatoris Protarchi filius, cum se Alexandrum Zebennam ap-

pellaret, Antiochi Soteris Syriae regis adoptivum filium, quem Partii in prelio occiderant, a Ptolemaeo Phycone Aegypti rege, adversus Demetrium Nicatorem Syriae regem aditus, tam multis, quas appositae fingebat, lachrymis Antiochi corpus sepelivit, fictaque hac pietatis specie populorum gratiam sibi conciliavit, ut postea ad Demetrium Nicatorem superandum, & ad parandum totius Syriae regnum, multum ei laborandum non fuerit. Verum postea, variante fortuna, regno depulsus est ab Antiocho Crispo, sive (ut nonnulli vocant) Grypho, qui Demetrii Nicatoris filius fuit. Nam cum Antiochia auream Jovis statuam sursum rapere vellet, ea te detecta populus arma cepit. Inde mari fugiens, adversa tempestate actus, cum in maritimos latrones incidisset, captus, atque hosti suo deditus, fraudis atque fidei nominis, in alieni regni occupatione, acerbas moriendo penas luit. *Idem.*

Archelaus, Mithridatis filium fingens, gener atque idem successor Ptolemaei Aegyptii regis factus, in Asia quoque magnis urbibus positus est. Ceterum tandem a Gabino praefecto superatus, vitam simul ac male partium regnum amisit. *Idem.*

Andricus, homo obscuro loco natus, se Perseo rege ex pellice ortum praedicavit, ac sub id tempus, quo pater cum Romanis bellare cepit, Cythrae cuidam occulte alendum datum, ut si adversa esset fortuna praesenti bello usus, ali- quod veluti semen regiae stirpis extaret: mox capto Perseo & extincto, Adramiti Phrygiae oppido, ut ad duodecimum aetatis annum, apud Cythram pro filio educatum, ob idque exultatum se illius esse filium, a quo tam clementer educaretur. Illum vero, cum ei vita migraturus esset, veram pueri originem conjugi aperuisse, tradiditque ei libellum, Persei regis anulo signatum (quo ille filium alendum commendaverat) sed ut illum in occulto usque ad pubertatis annos haberet, ultimum precibus fuisse obtestatum. Itaque tum demum se jam adultum libellum suae originis indicem ab ea accepit, duplicemque a patre thesaurum sibi relictum ex codicillo didicisse, monitumque ab anti, ut Adramito excederet, priusquam res ad Eumenem regem dederetur, qui fuerat Persei inimicus, in Syriam ad Demetrium venisset, ut ipsius auxilio ad patrem regnum restitueretur. Haec ille quum vulgo praedicaret, tantum Gritus, ut Demetrium ad aliquid in Romanos agendum impellere poterit, ut ob hoc ipsum, ne quid ab eo moveri posset, Andricum captum Romam miserit. Unde quum postea illi profugisset, multis vanam nominis famam secutus, & quia Philippo facie perquam similis esset, Philippum appellantis, brevi tempore Macedonia occupavit. Obscura hominis fortuna efficit, ut senatus M. Juvencio praetori eam cum legione una provinciam decreverit, tanquam majore imperio indignam. Ille non Macedonicis modo, sed Thracum etiam fretus auxilium, Juvenicum prelio congestum cum tota legione trucidavit. Atque ita populus ille, qui ad id tempus veros reges vicerat, dum alienas sordes securis contemnit, ab imaginario est & scencio rege victus. Securus inde Q. Caecilius Metellus, qui tum consul erat, qui iusto exercitu Andricum vicit. Septem & viginti milibus suorum amissis, Andricus in Thraciam fugiens fidem cum fortuna mutatam invenit: ab regulo enim, ad quem se contulerat, esse Romanis traditus. Macedonia inde repectam Metellus servitute multavit, & ex ea victoria Macedonici cognomen adeptus, de Pseudophilippo triumphum egit. *Sab. l. 9. Em. 5.*

C. Jul. Caesar barbarum quandam, ob eximiam similitudinem Cappadociae regnum affectantem (tanquam Ariarathes esset, quem a M. Antonio interceptum luce clarius erat) quamquam penes totius Orientis civitatum & gentium etudula suffragatione insulam caput, imperio demerent imminens, iustum dependere supplicium coegit. *Val. Max. l. 9. c. 16.*

Equitius, Firmo Piceno natus, Tiberii Gracchi filium se esse finxit, tanto populi applausu, acque etiam Tribunorum assensu, ut nisi fraus haec detecta fuisset, Magnum Reipub. vulnus accepisset. *Idem.*

Herophilus equarius medicus, C. Marium septies Consulium avum sibi vendendo, ita se extulit, ut coloniam veteranorum complures, & municipia splendida, acque etiam quae ferè omnia patronum adoperarent. Quinetiam cum a C. Caesare Cn. Pompejo adolescente in Hispania oppresso, populum in hortos suos admisisset, proximo intercolumnio penes patri studio frequentia salutaris est. Quod nisi Caesaris vires huic cre-

A erabescenda procella obstitissent, simile vulnus Respub. accepisset, atque in Equitio acceperat. Ceterum decreto ejus extra Italiam relegatus, postquam Caesar interfectus est, in urbem rediit, & consilium interficendi Senatus capere sustinuit. Quo nomine iusti partium necatus in carcere, seras prompti animi ad omne molendum scelus penas pendunt. *Idem. Hunc vero Liv. l. 6. Dec. 12. & Florus Chamacen vocant.*

L. Sylla Reipubl. potente, quidam in domum Cn. Aspidionis irrupit, filiumque ejus patriciis penatibus expulit, vociferando, non illum, sed se, Aspidione esse procreatum. Verum postquam a Syllana violentia, Caesariana aequitas reducti gubernacula Romani imperii, iustiore principe obtinente Rem. in publica custodia spiritum posuit. *Valer. Max. l. 9. c. 16.*

C. Jul. Caesar praefide Reip. cum Mediolani se pro Rubria quendam, perinde ac falso credita esset incendio perisile, nihil ad se pertinentibus bonis infereret, nec ei aut tractus ejus splendidi testes, aut cohortis Augusti favor desisset: propter inexpectabilem Caesaris constantiam irrita nefarii propositi abiit. *Idem.*

Mortuo Herode Judaeorum rege, Juvenis quidam Judaeus genere, educatus Sidone apud quendam Romani civis libertum, adoptavit semetipsum in Herodis familiam, per occasionem similitudinis, qua referebat Alexandri filii ab illo extincti effugiem, attestantibus omnium quotquot utrumque viderant oculis: atque hac via grassari cepit ad regium fastigium. Itaque ascito tribui quodam fraudis socio, qui totius regiae reum gnarus, alioquin etiam astutus erat, & natus ad excitandas turbas egregias: illius institutione fingebat, se Alexandrum illum, Herodis filium, morti substractum cuiusdam beneficio, cui demandatum sit ejus interficendi negotium. Suppositis enim necis ipsorum vicariis, & se ereptum & fratrem Aristobolum. His nugis inflatus, alius quoque non desinebat fucum facere: cumque Cretam oppulisset, quotquot Judaeorum venerant in ejus colloquium, omnibus rem persuasit, & auctus ab eis pecunia, trajecit in Melum insulam, ubi magnam pecuniam vim quaevit praetextu regiae profapiae. Et jam sperans recepturum se patrum principatum, remuneraturumque beneficos, Romam properat, suis hospitibus deducentibus. Cumque ad navigasset Puteolos, ibi quoque a deceptis Judaeis simul favore exceptus esset, concurrentibus tanquam ad regem, qui Herodi vel hospitium fore conjuncti, vel alioquin erant obstricti beneficio. Eodem applausu a Judaeis etiam Roma exceptus fuit. Verum Augustus Caesar cum eum & manus opere duratas habere, & corporis illi gratia, quae bene natus & educatus adesse solent, carere non videret, fraudem suspicatus, seducto adolescentem: Tibi, inquit, si non me quoque coneris fallere, merces erit impunitas, quod ad tuam salutem attinet: nunc age dicit, quoniam sis, & quis te ad haec audenda impulerit: neque enim istius aetatis est tam infidiosa malitia. Istille, cum non posset aliud, totum commentum indicat, quibus modis, & a quo sit compositum. Caesar autem Pseudalexandrum, ut pollicita fervaret, in remigum ordinem allegit, quod esset valido corpore: doctorem vero ejus affecit supplicio. Ceterum Melus abunde magna multa, quae in scitium Alexandrum frustra impendebant. *Ioseph. l. 17. c. 14. Antiq.*

Adolecens quidam in Graecia & Jonia se Drusum esse ja- ctans, cupidè a civitatibus esse susceptus: ac in Syriam usque progressus, legiones etiam accepisset, nisi agnitus a quodam & captus, ad Tiberium, Caji Caligulae nuptias Antii celebrantem, perductus esset. *Zonar.*

Augusti temporibus, quidam fororis ejus Octaviae utero se genitum finxit: propter summam autem imbecillitatem corporis, ab eo, cui datus erat, perinde atque ipse filium tenerent, subiecto in locum suum proprio filio dicens. Sed cum plenis imprudentiae velis ad summam audacia gradum ferret, imperio Augusti reme publice tritremis affixus est. *Val. l. 9. c. 16.*

Reperit esse etiam quise diceret esse Q. Sertorii filium: quem ut agnosceret uxor ejus, nulla vi compelli potuit. *Idem.*

Trebellius Calca aasserantur se Clodium tulit: & quidem dum de bonis ejus contendit, in centumvirale iudicium adeo favorabilis descendit, ut vix iustus & aequus sententiam confentatio populi illum relinquere locum. Illa tamen quaestione neque calumniam telinqueret, neque violentia plebis iudicantem religio cessit. *Idem.*

Barbatius Philippus, servus fugitivus, tanquam civis Romanus, Romae praeturae gessit. Cujus praeturae administratione postea Jureconsulti vehementer laborarunt, dum de his, quae in praetura Barbati gesserat, Ratane esse deberent, ageretur. Illa tamen rata pronunciarunt esse ob fraudem haud à jure absouam, qua nimis multi comprehendebantur. *Fulg. l. 9. c. 16.*

Imperatore Othone Sylvio, magni motus in Graecia atque Asia fuerunt, propter Citharedum, qui se Neronem fingebat. Is cum vultu atque voce ei perfimilis esset, aiebat, quo tempore Romae difformatum fuit, Neronem sibi vim attulisse, alium pro eo fuisse mortuum. Quamobrem, cum seditionis perturbatis eum prosequentibus, Syriam aut Aegyptum petere contenderet, quod si pervenisset, minime dubium erat, quin Oriens totus tumultuaret: adversa tempestate ad Cythum insulam inter Cycladas delatus est. Ubi cum veluti verus Nero, in milites, qui ab Oriente veniebant, imperio uteretur, impulsit, ut parerent, atque Sisen- tano centurio à militibus desertus, profugere ab insula cogere- tur. Qua re audita, cum Asia penè tota nutaret, missis ab Othone duabus triribus, navis, qua is falsus Nero fe- rebatur, oppugnata est, atque in eo praefectus interemptus fuit, corpusque ejus Romam missum. Alius quoque xx. anno post Neronis mortem, cum se Neronem fingeret, in Oriente tantum nominis atque existimationis peperit, ut vix, nisi post aliquod tempus à Partibus pop. Rom. deditus fuisset, reprimi posse videretur. *Fulg. l. 9. c. 16.*

Nero, quemadmodum alios multos, ita etiam Scribonianum tenatorem occiderat: & tamen imperante Vitellio inventus est in Illyrico servus, nomine Getta, qui se Scribonianum esse fingeret. Qui magna detestioforum atque servorum coacta manu, omnia in Illyrico turbabat, ut olim Scribonianus in magna gratia fuerat. Sed brevi Getta ad Vitellium perductus, atque à patrono agnitus, ut fugitivus multatus est. *Fulg. l. 9. c. 16.*

Nymphidius Sabinus, sub Galba praetorii praefectus, fortasse quia ad imperium aspirabat, se Caligulae filium esse dixit: mari enim meretricis notam iniecit, ut se Caesarem sanguini infereret, quamquam id longè à vero abesse. *Fulg. l. 9. c. 16.*

Quidam post mortem Commodi Romanorum Imp. Sex- tum Clodium Quintilium se esse dicebat (qui olim Commodi crudelitatem fugiens, multos annos in latebris ignotus hominibus lausisset, atque jam dudum mortuus falso judicaretur) quem similitudine formae referebat. Recupere autem cupiebat facultates Sexti, & omnem dignitatem, quam olim amississe se fingebat. Respondebat interrogans de omnibus scite. Attamen postquam eum Pertinax Graecè, cujus linguae Sextus peritissimus fuerat, interrogavit, eravit maxime, dum non posset, intelligere id quod à Pertinace quaereretur. *Dion. Nicens. & Xiphil. in vita Commodi, & Suidas.*

Childibius, genere Antio (his populis vicinus, qui sub Sclavinorum nomine, Justiniano imperante, regionem trans Danubium incolebant) dum inter Antios Sclavonese bello contenderetur, à Sclavone captus, quia corporis robori animi vigor respondebat, magnam audendo famam sibi comparavit. Hunc Antius quidam à Sclavone redemit, Romani captivi hortatu, libertatis aniam quaerentis, & asserentis, hunc Childibium (quia & virtus & nominis similitudo fidem faciebat) eum esse, qui ad Danubium sub Justiniano Thraciam feliciter exeret, praefectus quoque cum Sclavonibus edito, interisse credebatur. At Childibius cum id verè negaret, Romanus constanter tamen hero persequit, verum certe illum esse Childibium, sed praetere timore dissimulare. Childibius partim metu, partim spe amplioris fortunae, aliorum infamiam sua affirmatione fovere cepit. Jam cum Justinianus Sclavonibus atque Antii spem fecisset Turrim urbem inhabitandi, quae olim à Trajano condita, per id tempus continuis bellis à populo exhausta ac deserta erat: de ea incolenda utraque gens convenit, si eis Childibius praeficeretur. Existimabant enim, quemadmodum Thraciam olim virtute defenderat, ita ipsos nunc quoque defensionum. Missus proinde Childibius ab utraque gente ad Justinianum orator, cum in Nasarem eunuchum incidisset (qui Childibium primum in prelio mortuum notat) quamquam Latine loqueretur, & multa primi Childibii signa daret, tamen is esse, qui verè erat, cognitus, victus ad Imperatorem missus est. *Fulg. l. 9. c. 16.*

Anno à virginis partu 1136. in Germania apud urbem So-

Alam autem, ab eremo profectus quidam, se Henricum VI Imp. defendum esse palam affirmabat. Cum multi ad eum transirent, graves orae sunt contentiones. Sed tandem re cognita, relegatus est in Cluniacense monasterium. Fulg. l. 9. c. 16.

Alexius quidam Constantinopolitanus adolescens, se Manuclis Comneni Imp. filium tanta dexteritate repraesentavit, ut & comam ejus flavescerem, & linguæ balbutiem exprimeret. Aiebat, se quidem jussu Andronici Comneni tyranni in fundum maris abjiciendum fuisse, sed misericordia ministrorum, qui patri suo jurejurando obstricti fuissent, conservatum esse. Iconium profectus, senem Sultanum Clizathlanem adit: & ut verus filius Manuclis, ab amico patris simulati subsidia accipit, sic ut Isaacio Angelo Imp. terrori esset, nec paucas urbes Maandrias occupavit. Tandem Pleudalexius iste vitibus auctus, post largiorem potationem dormiens, à sacerdote quodam suo gladio jugulatus est. Non multis diebus post, alius quidam idem nomen, eundemque patrem sibi vendicans, in Paphlagonia exitit. Sed cum Sebalus Theodoros prælio victum occidit. Nicebrasil. 3.

Tempore Romani Lacapeni Imp. Basilis quidam Macedo, se Constantinum Ducem esse jactans, multos sibi adscivit: & hinc inde vagans, urbes ad defectionem movit. Comprehensum hunc quidam Elephanus turmæ præfectus ad Imperatorem perduxit: is eum altera truncatum manu dimisit. Dimissus æream manum petiit abscessisse, ingenioque accinctus ensem, Opiscum peragravit, simplicioribus persuadens, se esse Constantinum Ducem. Ita magna manu contracta, defectione facta, castellum occupavit, cui Larum Saxum est nomen. Imperator missis exercitu eum cepit, & in Amasiriano cremavit. Cedren.

Philippo Flandriae Comite ad Ptolemaidem sine libertatis defuncto, soror Margarita successerat. Balduinus Margaritæ F. natu maximus, Flandriae & Annoniae comitatum sub Philippo Augusto Francorum Rege occupavit. Mox sacra expeditione suscepta, reducentibus Latinis Alexium Isaacii F. & capta Constantinopoli, Graecorum Imp. à Latinis salutat, nondum exacto anno, dum Adrianopolim oppugnat, insidiis circumventus exulim, atque à suis pro mortuo deploratus est. Vigesimo post anno, Sal. 1224. cum Augusto Ludovicus F. successisset, exitit repente, qui se reducentem Balduinum Caesarem esse prædicaret: quem Fulgositus Bernardum Rhenensem fuisse inquit. Femina rebus Flandricis Annonicis præerat, Joanna Ferdinandus uxor, Balduini veri filia. In Annonia res jam moverat, quod id natale solum Balduini, ac paternus dominatus foret, tederetque femine dominatus. Ipse gravitatem aspectu insignem præ se ferebat. Joanna eum in conspectum admittere noluit: tantum ei sanctus consilium datur. Cui qui præerat, cum veli quæsitore eum gravibus fatigante percontationibus auderet: ille ingenti fiducia ostentatione, non ut responderet jussus, sed velut castigans increpationisque, vel magnitudinem suam vel audaciam regerebat: & duodeviginti annos ab hostibus in custodia habitum, elapsum inde & venundatum, servi habitu à Germanis mercatoribus redemptum fuisse. Concilio dimisso, & judicio dubio existente, non parva Flandriae nobilitatis manus hominem Comitem Augustumque salutantes, jura ab eo petebant, quod ille fidem majestatis suæ faciebat, nomina commemorans, nobilitatemque ac egregia facinora majorum natu, stemmataque familiarum, à quo quisque progenitus foret. Joanna sive exploratum habens patrem Balduinum Augustum fato functum, fimo imperio delectata, nec illud nisi morte depositura: ad regem Francum oratores supplices misit, ut Balduini avunculi augustam sanctamque memoriam ab ignoti hominis audacia vindicaret, sibi que beneficiaria, ut rex & amicissimus, opem ferret. Dies igitur homini dicta. Præfatus fuit magno comitatu. Simul atque introductus est, cum regem salutasset: Rex, Brevis percontatio, inquit, te eundem & testem & judicem tanta in causa faciat. Interrogo, Tene pater meus Rex beneficiarium vocavit, Flandriaeque jure vestierit: quo loco, tempore, ritu, teste? Baltheosæ mite, militiæque insigni donavit? Tibi quenam auspiciis, quo loco, qua celebritate nupserit? Hæc de se non responsa explicare. Fide publica venerat. Dimissus ab rege, cum in Annoniam rediret, à Joannæ ministris comprehensus, teste suspensus fuit, fama accipiti, jutene, an in-

juria. Emil. l. 7. & Fulg. l. 9. c. 16. Crantz. l. 7. c. 21. Metrop. E hæc addit: Venit Colobiam ad Engelbertum Archiepiscopum, auxilium rogaturus: sed Leodiensis Episcopus eum suis literis infestatus est, Trutanium & Ribaldum appellans. Ille vero se Comitem Flandriae & Imperatorem Constantinopolitanum affirmabat, habens sigillum eodem titulo insignitum. Rogavit ergo, ut Archiepiscopum Leodiensem vocaret. Vocatus venit, & Missæ officium peregit. Ante perceptionem corporis & sanguinis Domini, accessit Archiepiscopus, & ait: Adjuve te, frater Episcopo, per mysterium Domini corporis & sanguinis, quod percepturus es, si veritatem dixeris, ad salutem, si mendacium, ad damnationem, ut mihi dicas, quis sit ille, quem tu dicit Trutanium & Ribaldum in Flandriam venisse, & qui se Comitem dicit Balduinum. Episcopus stupescit, fertur respondisse: Comes Flandriae Balduinus est. Tum Archiepiscopus Balduino consilio, ut Romam iret, & Pontificis auxilium imploraret, restitimus multorum Flandriae prælatorum & baronum instructus. Ad studio comitis & Arnoldi de Aldenardi, cum quo comitis dicebatur consuecere, captus, apud Insulam civitatem Flandriae suspendio necatus est. Abbas S. Joannis in Valentia sepelivit eum in monasterio: sed iterum commissi mortuum in curam rapi jussit. Verus necne fuerit, Flandri diu certant. Crantz. ibid.

Suerus quidam, fabro patre genitus, sacerdotio, quod in Fergia aliquando gesserat, relicto, Norvagiæ subitus, religionis munus militia mutavit, Ostensi quidam, ab Erlingo victi, occasione adductus: cujus agmini per desertam fugienti fortuito obvius, ducem se præbuit, resque adversum victores navare cepit. Et ne generis titulo carere videretur, originem mentiris, Haraldum Hyberniensem, regem Norvagiæ, avum sibi vendicando, Sivarid ejus notho se procreatum confinxit, seque magnum appellavit. Quod mendacium totius Norvagiæ eruentissime vastationi occasione dedit. Saxo. l. 14.

Cum Henricus IV. Ricardum II. fratrem patrualem, Britannia Regem, in vincula conjecisset, ac regnum occupasset: Salesberitanus Comes, ex matre Ricardi frater, ut eum liberaret, aut saltem ulcisceretur, regia veste sumeretur exornavit (qui olim in Ricardi musico numero fuerat, atque etiam pessimiliter erat) & Ricardum hunc esse, & effugisse à carcere, disseminavit. Ad eam fidem cum multi convenissent, suspitiosumque regem sequebantur: Henricus valido exercitu cum eis conferta manu, in fugam omnes convertit, nec longè post verum quoque Ricardum in carcere sustulit. Fulg. l. 9. c. 16.

Edouardus Comes Varvicensis, Georgii Clarentii Comitis F. à Ricardus III. Anglorum rege patruo post eadem patris in catenam conjectus, ab Henrico VII. qui Ricardum interfecit, similiter afferebatur. Inter ea Ricardus Simonidus presbyter, humili loco natus, sed astutus, procerum quorundam instructu, qui Henrico regi invidabant, Lambertum Symenellum discipulum suum Oxonii regaleri instituerat cepit: tempus fore providens, quo puerum suum de regia ortum profapia mentiri, & eos, qui Henrici successibus invidabant, in societatem sceleris pertrahere posset. Non multo post, cum fama falso passim distulisset, Edouardum in carcere interisse, mutat adolescentulo nomen, vocat eum Edouardum, ac in Hyberniam trajicit, ibique seceret convenit nonnullos Hybernorum principes: narrat, se servasse filium ducis Clarentia à morte, ac duxisse in eam certam, quam audierat semper unice amasse nomen & genus Edouardi regis. Thomas Gerardinus insule Cancellarius, specie veri deceptus, puerum ut regia stirpe procreatum accepit hospitio, Hybernice civitates confestim in fidem pueri veniente, Principes dimittunt nuncios in Angliam ad eos, quos sciebat Ricardi III. regis partes secutos esse, & in Flandriam ad Margaritam sororem Edouardi IV. regis, quæ nupta fuerat Carolo Duci Burgundia, rogatum auxilium: Quæ est non ignorabat, domum suam Eboracensem à Ricardo fratre fuditus everlam esse, tamen non fatuata odiis, quibus omnia ferè Henrici VI. progenies extincta esset, nec memor affinitatis, quod Henricus VII. neprem suam Edouardi filiam in uxorem duxisset: non cessabat omnia tentare, ut Henricum Lancastriae factionis caput opprimeret. Henricus ut errorem hunc ex animis hominum eveleret, per mediam urbem ex turri educi jussit Edouardum filium ducis Clarentia, ad templum D. Pauli. Hic adolescens, sese omnibus ostendens, interfuit in supplicatione,

m ca.

À in cæterisque factis, ac simul collocutus est cum multis principibus, & præsertim cum iis, qui conjurationis participes habebantur: quò illi facilius intelligerent, Hybem ex re vana novos demerere facere motus. Sed animis malè finis nihil hæc profuit medicina. Namque Joannes Comes Lincolnensis, Joannis Polæ ducis Subfolchie & Elizabethæ Edouardi regis sororis filius, Hybernorum corroborendorum causa clam in Flandriam ad Margaritam venit, & accepto ab ea exercitu duorum circiter millium Germanorum in Hyberniam trajicit, & Dublin Lambertum puerum, perinde quasi regia stirpe ortum, regem creandum curat. Post hæc, Hybernorum coacta ingenti multitudine, cum novo rege in Angliam navigat. Henricus Rex cum exercitu illis obviam profectus, pugnam commisit, in qua hostium quatuor milia, & in his duces quinque in eo ipso loco omnes interfecti sunt, quem vivi pugnando ceperant anno sal. 1489. Lambertus puer cum Ricardo præceptore captus, sed vitæ utriusque paritur, quòd ille innocens per ætatem videretur, hic facerdos esset; qui æternis tenebris vinculisque demandatus est. Lambertus ex rege accipitrum dominotri factus, postquam aliquantisper in coquina regia veri veterat, aliaque viliora munera obiverat. Margarita ut aliud quoddam gravius negotium Henrico regi faceret, juvenem quemdam Tomacensem, forma non inlegantem, ingenio acuto, varicem (cui nomen erat Petrus Varbechus, sed postea ob vecordiam appellatus est ab Anglis Perychinus, Anglicam nonnullaque alias callentem linguas, à pueritia vagari per diversas nationes & gentes solitum, confinxit esse Edouardi IV. regis filii fratris filium ducem Eboracensem, cui nomen fuit Ricardus (quem Ricard. III. Rex patruus Londini in carcere necandum curavit) eumque apud se aliquandiu occultè habitum, docuit diligenter de rebus Anglicis, deque Eboracensis domus institutis, atque genere, ut ille postea omnia memoria teneret, facillè narraret, motes repræsentaret, faceretque apud omnes fidem per ea se in Eboracensi familia procreatum: quia hoc generi hominum natura quasi datum est, ut qui sunt ejus stirpis, cupidè suorum majorum laudes consequi nitantur. Ergo ubi Henricus Rex adversus Carol. III. Gallorum regem pro liberandis Britannis bellum comparavit, Margarita misit Petrum clam in Hyberniam, ut ibi inter sylvestres homines novæ factionis semina jaceret. Petrus brevi tempore sua astutia tantum gratia cum illis hominibus inivit, ut bene multos principes eum, tanquam regis filium, sequi coepit. Fama ejus rei ad Gallos perlata, Carolus vocat ad se Petrum, ut illum armare in Henricum, contra fe venirent. Petrus statim ad Carolum fe contulit. Verum haud multo post, facta cum Anglo pace, Carolus hominem ab se ablegavit, qui ita de tanta se deiecit, ad Margaritam in Flandriam rediit. Margarita, ut factum gaudium suum apud omnes notum faceret, congratulabatur palam nepoti salurem, maximi que, hoc est regis afflicte honoribus. Flandri principes eum omnibus prosequerantur officis. Fama rei in Angliam divulgata, principum quoque aliqui fidem commentò dederet, & ex populo improbius quidem in Flandriam transiit. Henricus in Galliam legatos misit, qui de facti hujus Ricardi natalibus diligenter inquirerent. Dum alii alia loca peragravit, quidam Tomacum perveniunt, ibique intelligunt, Ricardum patre toniore natum, nomenque à primo habere Petrum, cognomeno Varbechum, idque multorum testimonio constare. Henricus patefactam fraudem primo quoque tempore per omnes partes divulgandam curavit, & proposita impunitate, liberum iis, qui jam decessissent, reditum concessit. Itaque Ricardus in Scotia confugit. Jacob IV. Scotorum Rex, ut hoc prætextu belli Angli inferendi occasionem haberet, affinem suam illi in uxorem dedit, Norumbriam latè vastavit. Ricardus verò animadvertens, nullos ad se fieri Anglorum concursus, & veritus, ne ob id dolus eluceret, fertur in clama esse: Ome ferreum, qui meorum calamitate non moveor! itaque rogasse regem, ut ne ultra suam patriam perderet, perinde quasi patriæ amore victus, jam misereri coegerat; & Rex respondisse, sibi videri eum non suam, sed fieri suam vicem dolere, qui appelleret Angliam suam patriam, suamque gentem, ex qua tamen nemo omnium bellum ejus causa & nomine susceptum juvaret. Tandem pace inter reges facta, Ricardus à Scoto destitutus & egestus, ad Cornubiens fe contulit. At Henrico cum exercitu accedente, metu percussus, in asyllum Belloloci confugit, & inde impunitate promissa Londinum

ductus, & in liberiore custodia servatus, deceptis custodiibus, fe fugæ mandavit, sed insequentium clamore territus, pervenit ad Bechelemonie cenobium monachorum Cartesianorum, & præfecti loci fe fidei commisit, suppliciter rogans, ut à rege sibi vitam deprecaretur. Præfectus à rege ejus salutem multis precibus impetrat. Itaque Petrus in aulam ad Vveithmonasterium reductus, compedibus vinculus, in ipsius aula vestibulo integrum diem, nullo non ludibrio à turba petitus, expulditur. Post die ejus diei Londinum per omnium oculos tradit ut, aliquotque horas in foro paribus probis exponitur, ac postmodò in turri conjicitur. Sed neque hic turbarum finis. Namque ut Petrum fato quodam turbande Angliæ natum scires, quando ipse tetto conclusus carcere seditioni fomitem præstare nequebat, illius saltem persona simulata novis motibus occasione dedit. Monachus quidam Augustinianus, nomine Patricius, discipulum quem habebat sobornare, ejuque aurius instillare cepit, se illi regnum facillè paraturum, si suum vellet sequi consilium. Discipulus non modò id facturum non renuit, sed iterum atque iterum rogavit, ut quod destinasset, maturè tentaret. Itaque subtiliter communicato consilio, considerat etiam in Cantium ambo proficiscuntur. Ibi adolescens primò clam nonnullis indicat, se Edouardum Varvici comitem esse, & nuper ope & arte Patricii ex turri Londinensi ausugisse: & quia dictis habita fides, dein palam id ipsum prædicat, cunctorumque auxilium implorat. Venim re detecta, evesligio præceptor cum discipulo in vincula raptus, & hic necatus, ille æternis tenebris mandatus, quòd monachus esset. Polyd. lib. 26. & Fulg. l. 9. c. 16.

A Virginis partu 1243. in Asia minore, quidam fuit nobili inter Turcas genere ortus, qui Coherinus nuncupabatur. Hic quorundam Turcorum præfectorum opera, qui Bajothum Sulthanum inivim habebant, cum in publico cum matre ex composito contendens, minis cum ea ageret, ut quo patre esset ortus, declarare vellet, ipsaque reluctaretur: arreptam capillis graviter calcibus pugni multavit. Itaque cum vim ultra ferre se non posse simularit, palam affirmavit, Coherinum Bajothi Sulthani fratrem esse. Quam rem cum populi ingenti gaudio accepissent, ad eum circiter xx. mil. hominum manus convenit: atque urbs Ico-nium jam dedicationem fecerat, cum inde profectus, in Candelorum occuparet, ubi regis thesauri custodiebantur, per fraudem à quodam Turcensi principe captus, unà cum fratre suspensio vitam finivit. Fulg. l. 9. c. 16.

Gondevaldus quidam Burgundus, cum ejus mater, quæ corpus vulgaverat, Clotharii Burgundie regis filie diceret, à Clothario atque Chylerico ejus fratre repulsi, veluti declinandi dedecoris causa, Hierosolimam profectus fuit. Mox audita Clotharii morte, cum in Burgundiam redisset, eumque populi exceperent, à Gunthano Clotharii filio superatus, atque occisus fuit. Idem.

Sub Rudolpho Habspurgense quidam Frideric. Struphus magus (Cranzio Holstuch cognomine, aliis Tieleolup dicitur) Frid. II. Imp. fe esse dicens, multas ad fe urbes pellexit, in Vvezeslavia copias habens. Erant enim qui Frid. II. Imp. in Apulia mortuum, nullo pacto mortuum crederent, sed vivere suspicarentur, qui petacta gelorum perpetram penitentia, nunc se redderet principibus. Fecerunt fidem aliquantum, præter corporis lineamenta non abhorrentia, per multa que novet ejus secreta: quippè ferverat diu Imperator, & penitiora quædam intellexerat. Sed ubi detecta est ejus fraus, Nuffia caprum, & tormentis convictum, Rudolphus igne cremavit. Columbarientes, qui eum foverant, quatuor millibus marcarum argenti multati sunt. Cusp. & Avent. l. 7. Crantz. l. 8. c. 16. Metrop. & l. 7. Vand. c. 39. sub ann. Sal. 1283.

Non longè post alius quidam nebulo venit Lubecam, primum quidem secretò, deinde palam prædicans fe esse Frid. Imp. venisse in urbem, quam ipse creasset imperialem. Persuasit credula plebi, ita ut equo vectum ducerent per civitatem. Erat vir indistritus inter proconules, Henricus Stekenen, qui in legationibus crebris alloquutus Imperatorem, multa de persona, multa de statu curia ejus viderat. Secretò cepit super multis compellere homines, ille ad omnia vacillabat. Comperto mendacio, evanuit, nemine sciente quò abisset. Crantz. l. 7. Vand. c. 39.

Ludovic. Marchio Brandemburgensis, Ludovici Bavari Imp. F. Carol. IV. Regem Rom. agnoscere noluit. Rudolphus Dux Saxonie (Bohemio fortasse consilio) Molitorum quen-

A quendam rusticum similem inveniens Valdemato Marchioni Brandeburgensi defuncto, sine liberis mortuo (a quo Ludovicus Marchionatum fortiter erat) persuasit illi, ut diceret, se olim causa penitentiam peragrare abiisse, mortuumque simulasse; multaque signa ostendens, populum eò perduxit, ut Ludovico luxuriam uxoris & filiarum objicerent, liberisque ejus illegitimos indignosque tanto principatu clamarent. Ob id multas civitates Marchie amisit, quas Boemus occupavit. Sed mox Carolus Ludovicum principatu Brandeburgensi, Bavaria & Carinthia feudalia dando, Norimbergæ concederavit, Marchionemque factum proscriptio imperiali execratus est. *Crantz. l. 9. Metrop. c. 35.*

Mortuo in prælio adversus Matros in Hispan. Aldephonsus rege, Hispanus, qui ei facie perfimilis erat, se Aldephonsum esse finxit, ostendens, propter acceptæ cladis dedecus, ignoto habitu velle orbem teterrimum peragrare. Quibus rebus apud multos (nam præter similem effigiem, multis quoque aliis signis, se verum Aldephonsum ostendere videbatur) tantum profecit, ut magnis hominum numeris Aldephonsum esse eum putaret. Itaque cum ob eam rem multi hominem sequerentur, veritus Aldephonsus, qui in regno successerat, ne inde gravius sibi negotium oriretur, comprehendi eum, atque suspendi iussit. *Fulg. l. 9. c. 16.*

THESAUROS

Condendo.

Matros annis Hercyniis saltibus effusus præcipiti cursu in Tybicum evolvitur. Hunc plerique Sergetiam in antiquis vocatum asserant, in cuius averis & mox reducti vado, Decebalum Dacia regem, urgente victicibus armis Trajano Cesare, thesauros condidisse ferunt, quum Barbarus in ea rerum desperatione scilicet crudelior, ne latebræ secreta prodirentur, artifices atque operas ad unum omnes in vestigio perfecti operis necavisset.

Expilando.

*Consule Tit. Fures astuti. Illic Resperse, hic respectu hominis, cuius bonum est fortuitum, penduntur.*

ASTUTIA IN HIS, QUÆ AD ANIMUM

PERTINENT, OCCUPATA.

Sive jam considerentur

**C** HABITUS ANIMI, BONOS HABITUS IMPEDIRE, evertere: Malos introducere.

Putâ

VIRTUTEM astutè promovere.

M. Varro, utile esse Reip. dicit, ut se viri fortes, etiam si falsum sit, ex diis genitos esse credant: ut eo modo animus humanus, velut divina stirpis fiduciam gerens, res magnas aggrediendas præsumat audacius, agat vehementius, & ob hoc impleat ipsa securitate felicitis. *Aug. l. 2. de Civit. Dei, cap. 4.*

CASITATI ALIORUM ASTUTE INSIDIARI.

*Hinc pertinet Tit. Astutia erga Amasios, item in Conjugiis conciliandis, quatenus libidini hoc ipso consulitur.*

Valerianus Imp. in pietatem Christianam (cui primum favit) favens, adolescentem quandam Christianum in Damocensibus hortulis, super lectum extructum plumis, resupinum poni iussit: & ne se inde excuteret, blandis serico nexibus irretiri. Amotis omnibus arbutis, speciosum scortum iussu prætoris advenit, delicatis trinxit colla complexibus, manibusque, quod dictu scelus est, in libidinem concitat juvenem Christi. Miles Dei præcisam mortu linguam in oculantis se faciem expuit, ac sic victor exiit. *Avent. l. 2. Annal. Bejor. ex D. Hieron.*

Florentius monachus & Presbyter, singularis orator & persecutor Benedicte erat. Itaque aliquando meretriculas septem de prostibulo evocatas, in hortum monasterii adduxit, quas nudæ illic inter se ludendo & cantando, monachos ad libidinem accenderent. Quas infidias intelligens Benedictus, locum mutavit, & paucos fratres secum abduxit. *Vinc. l. 21. c. 56. & Leo Hist. l. 1. c. 1. & Marul. l. 5. c. 2.*

PRODIGIOS REDDERE.

Eutrapelus quidam inimicis suis blanda quadam ratione nocebat. De eo sic Horat. in 1. Epist. 18.

*Eutrapelus cuique nocere volebat Vestimenta dabat pretiosa. Beatus enim iam Cum pulchris tunicis semet nova consilia & spes, Dormiet in lucem, cotto postponet honestum Officium, minus alienos posset: ad unum Traxerit, aut elitoris ager merce cadallum.*

EFFECTIONES. HUIUS SUNT LOCI, Astutè

EXPLORARE, EXPISCARI ALIORUM VOLUNTATEM, Consilia, Dicta, Facta.

Samson, descendens cum parentibus Thamnatum ad ducendam uxorem, in vineis occurrentem leonem discepit, perinde ac si hæcudum disceperet: neque tamen id factum Parentibus indicavit. Cæterum cum aliquantò post iterum Thamnatum proficisceretur, ad visendum leonis cadaver deflexit. Ibi cum animadvertisset in ejus corpore examen apum cum melle: vola sua melle excipere cepit inter eundem comedere, fuisseque de eo parentibus edendum dedit. At cum venisset Thamnatum, instructo pro more convivio, triginta sodalibus, qui ad se venerant, hoc ænigma proposuit. Ex edace cibis, & ex feroci exit dulcedo. Ut istud, si intra septem convivii dies explicasset, triginta lineæ ab se acciperent, totidemque vestes elegantes: Sin autem explicare nequiverint, ipsi triginta lineæ, totidemque sibi vestes elegantes darent. Quod ænigma cum illi per tri-duum explicare non possent, die septimo petierunt à Samsonis uxore, ut à viro suo ænigmatis sententiam elabandiretur, quam eis indicaret: alioquin sese & eam & ejus domum paternam igni crematuros. Ergo Samsonis uxor apud eum flete, & sese ei odio esse, non amari dicere, qui ænigma proposuit à populis sibi non patefaceret. Instilique sic apud eum stendo per septem dies. Septima tandem die pervicit, ut declararet ænigma, idque ipsa populis exposuit. Itaque die septima ante Solis occasum sic illi dicit: Quid melle dulcius, & quid leone fortius? Et ille: Nisi vitula mea aravisset, meum ænigma non pervectisset. *Jud. 14.*

Idem ubi deperisset Dalilam Gazensem, Palaestini, multis ab eo damnis affecti, ad eam veniunt, persuadentes, ut à Samone per blanditias discat, in quo posita sit tanta egi fortitudo, & qua ratione possint eum vincere, & ad subigendum constringere: eique mc. argenteos singuli pacificuntur. Illa apud Samonem instat. Et, cum tribus vicibus fecisset, indignabunda petit, quo pacto constringi valeat. Tum ille improbitate mulieris rædio cæcatus, omnem suam animum ei aperit, & sicut capiti novaculum non admodum fuisse ostendit, quoniam Deo à ventre matris fit devotus: quod si non deatur, abstritas à se vires, seque infernum & cæterorum omnium similem fore. Dalila, accessit Palaestinatorum optimaribus, Samonem in genibus suis consopivit, detonsitque de capite ejus septem circinnis, cepit eum viribus destitutum urgere, & ei Palaestinos instare, dicere. Ille à somno experrectus, nesciens, à se vires discessisse, cum putaret se, sicuti solitus erat, evasurum, à Palaestinis captus Gazamque perductus, in ergastulum effosis oculis ad molendum detrusus fuit. *Jud. 16.*

Narrant Midam, utporè tyrannum, corycæos ac subat-sculatores dimittere solitum, per quos, quæcunque per omnem regionem vel ferent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis utensarium vice. Proinde cum vulgus admiraretur, ab illo rescitri etiam eam, quæ clam ac procul fierent, occasione fabulæ dederunt, ut Midas diceretur auricularas asini habere, vel quod nullum aliud animal acris audiat, quam asinos, excepto mure: vel quod aures habeat omnium longissimas. *Erasm.*

Cum Lyfander Thasios cepisset, & illi, qui Atheniensium partes seculi fuerant, sese occultarent, evocationis habitus in templum Herculis, humanissimam orationem habuit: oportere veniam dare his, qui laterent in communi-catione rerum, & eos bonum animum gerere iussit: quipè cum eam orationem in templo haberet, idque in civitate Herculis avi. Ergo fidem habentes orationis benignitati prodierunt: Lyfander paucis post diebus eos interfici iussit. *Polyan. l. 1.*

Pericles in Rep. Atheniensium potentissimus. Inimici cum eum apud populum accusare vellent, prius periculum fecerunt, quale populus de ipso iudicium laturus esset, & Phidiam stantiarum, Pericles intimè, falso crimine furti accusarunt. Phidias in carcerem conjicitur, & veneno innocens necatur. Pericles Phidiam defenderat, & jam infestorem populum ha-bebat.

A bebat. Sed bello contra Lacedæmonios gliscente, cum Pericles opera egeret Reip. acutatio fuit dilata. *Plut. in Pericle.*

Agathocles Syracusanorum tyrannus, Carthagenensibus terra motus debellatis, diis sacrificavit, amicoque opiparis convivis excepit, depositoque in commensationibus regio ornata, cuiusvis privati hominis tenuitate præferebat. Qua via hoc consuebatur, primum ut multorum benevolentiam sibi conciliaret: deinde culibet inter pocula loquendi libertate concessa, quo quisque animo esset, verè cognosceret, vino veritatem detegente. *Diod. lib. 20.*

Dionysius major, cum pecuniam à Syracusanis exigeret, mox ejulantes cerneret deprecanteque, ac non esse sibi allegantes: iussit iterum extorqueri, ac bis vel ter idem egit. Ut verò pluribus in diebus ridentes audiret, ac dicticia inter deambulandum in foro jacentes, iussit desistere: Nunc enim nihil, inquit, habent, quando nos contemnunt. *Plut. in Rege apoph.*

Idem, ut cognosceret, quid de eaderent subditi, musicas fœminas & meretrices convocari iussit. Quæ cum magnis præmiis de donatum iri putarent, ille nihil ei donavit: sed meretrices singulas exploravit, adhibitis tormentis, fed-nam ab amatoribus audirent de tyrannide. Ita cognitis ob-trectatoribus, eos partim morte affecit, partim in exilium misit. *Poly. l. 5.*

Idem expeditionem suscipiens, Androni arcem ac pecunia-riam custodiam commendavit. Eum Hermocrates hortaba-tur, ut sibi operam suam accomodare ad obtinendam arc-em atque pecunias. Postquam verò falsus Dionysius post paucos dies rediit, cum nihil audiret ab Androne, dixit se ab aliis audivisse omnia: verum ab ipso quoque se velle cognos-cere, quinam potissimum occasione arripere voluerit. And-ron deceptus, prodidit Hermocratem. Dionysius Andronè quidem interficendum curavit, quod non cœlesti sibi post reditum hoc indicasset: Hermocratem verò in custodiam dedit, quia foretorem ejus in matrimonio habebat, in cuius gratiam eum postmodum in Peloponnesum dimisit. *Idem.*

Idem, cum scire cuperet, quinam in quo animo tyranni-dem scirent, navigavit ab Italia in occultum navale: famam-que iparit, Dionysium à propriis militibus interfectum esse. Cui agrè imperium ejus uleant, concurrunt cum summo gaudio, libique murò casum narrant. Ille comprehensis iis quibus ea res lætitia erat, omnes trucidavit. *Idem.*

Idem morbum simulans, rumore divulgavit, regem in extremo periculo versari. Cùm multis ea fama gaudium fa-ceret, ipse cum satellitibus progressus, omnibus conspicien-dum se præbuit, gaudèsiq. ad mortem rapti imperavit. *Idem.*

In Aug. Cesare adulterium consuetudine legitimus. Hoc & inimici ejus exprobrant, nec amici factum negant, sed excusant: multi in periculum jactatum principem, infideli-que tam domesticis, quam externis, ad id non voluptate turpi, sed solerti consilio ductum asserentes, quò facilius scilicet, familiaritate fecimur, quid eorum viri adversari sui, vel sibi suspecti, agerent molirenturque, deprehenderet. Con-silium hunc sive aliunde, conjurationes contra eum omnes ferè surgentes oppressas esse. *Petrarbo ex Suet.*

Occultare, CELARE SUA ALIORUMVE Consilia, Dicta, Facta, Nempè Institutum.

Darames bellum gerens cum Sinopenibus classem ha-bentibus, cum ipse naves fabricare vellet, & fabri decissent, amicitiam cum eis fecit, promittens se Sestum expugnatam eis traditurum, quam omnium infestissimam habebant. Cre-diderunt Sinopenes, & hortabantur, ut quibuscunque rebus opus ad bellum haberet, & ab ipsis acciperet. Ille se nulla re alia dixit indigere, cum haberet in immam facultatem pecu-niarum atque hominum: verum qui machinas, arces & tes-tudines fabricarent, se nullos habere, quæ res maximè usum præstarent oppugnantibus. Sinopæ omnes ex urbe fabros & architectos ei miserunt. Ille eorum artificibus usus, cum magnam copiam navium, & tormentorum adificasset, oppugnationem à Sesto ad Sinopem convertit. *Polyan. lib. 7. L. B. Theatr. vit. Homan. Tom. 1.*

Avarum Princeps Chachanus, à Tiberio II. Imp. fa-bros sibi pro fruendo balneo mitti petiit. Quos, cum venissent, vi compulsi, ut pontem super Danubium fruen-rent, quò facilis sibi esset aditus populandi agros Romano-rum. *Cusp.*

Odius.

Philipp. Macedonum Rex in Epist. ad Athenienses, cum in animo haberet, nihil eorum facere, quæ legati ipsorum postulabant: nec tamen nimis durus videri vellet, affirma-vit, se auditis oratoribus eorum assentiri omnibus rebus, quas illi petebant: seque paratum esse inducias facere, si ta-men Athenienses missis ad se auctoribus malorum consilio-rum, iusto supplicio illos affici passi sint. Literæ regis recit-ata à Demosthene in actione pro Ctesiphonte, illic nunc in-lusæ leguntur. Eodem etiam pacto M. Antonius textit odium suum contra eos, quos Mutinæ obfidebat, docens se omni pœna eos liberaturum, si imperatorem suum prodidissent, quod illi commissuri nullo modo erant: in Epistola enim quam misit Herlio, & Casari, inquit: At militibus in-clusis opem feris, nihil motor, eos salvos esse, & ire quò lu-beat: si tantummodò partiantur perire eum, qui meruit. *Vi-f. Flor. l. 2. Var. Lell. c. 13.*

Magiam.

Gul. Luranus, ob crimen Magie Picævii damnatus est, anno 1433. die 12. Decemb. testimonis, & confessione pro-pria convictus, quod mutuo obligationis instrumento cum Satana confecto, penes eum deprehensio, renuncians Deo, & sacrificans diabolo, promississet se prædicaturum (ut fecit) fabulas esse quicquid de Magis dicitur, crudele factum esse ad mortem damnati Magos. *Bodinus.*

Adulterium.

David Rex suspicionem adulterii cum Bethsabea com-missi astutè effugere conatus, novo scelere homicidii id-iplum aggravavit. Vocatum enim è castris Uriam, simulato colloquio de negotiis bellicis, iussit eum domum suam de-scendere, eo consilio, ut à conjugie blandè susceptus, cum ea concumberet, & sic adulterii suspicio dilueretur. At Uri-a, licet inebriato à rege, id recusante, cum videret, hoc pacto consilium suum non succedere, Rex Uriam cum literis amandari ad Joab, efficeret, ut Urias ab hostibus in oppugna-tione Raba à suis desertus, occideretur. Quod Joab dili-genter exequutus est. *2. Reg. 11.*

Mulier propè Florentiam publici hospitii uxor, admodù liberalis, cum quodam, cuius usu tenebatur, cubabat in lecto. Accessit interim de improviso & alter, idem quod prior fa-cturus. Quem præteriens scilicet ascendente muliere, atque obviam facta, acriter eum objurgare, & ulterius aditu ar-cere cepit, asserens, non esse tempus, quo ei satisfieri posset, roganisque, ut evestigio abiret. Remittendo, alter candoque cum aliquando tempus retineret, superveniens vir, quid sibi veller ea concertatio, quæ sivit. Femina ad fallendum prom-pta: Hic, inquit, irato animo in aedes nostras irrupit, sup-plicem qui huc confugit persequens. Alter qui lætatur, his auditis verbis, prostravit, se ultimum injuriam clamans. Vir de causa dissensionis interrogans, cum ambobus collocutus, pacem composuit, ejuisque firmandæ causâ ad communes epulas utrumque admisit. *Poggius in Facetiis.*

Tyrannidem.

Tiberius Cæsar C. Caligula idè imperium reliquisse dicitur, quod memoriam scelerum suorum majoribus Cæsi sceleribus obrueret, utque maxima atque nobilissima pars H senatus post mortem suam necaretur. *Dion. Nicias in ejus vita, & Zonaras.*

Abolendo rumori de incensa urbe Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affecit, quos vulgus Christianos appel-labat. Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperiatae, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Igitur primò correpti, qui ferebantur: deinde iudicio eorum multitudo ingens haud perinde crimine incendi, quàm odio humani generis, convicti sunt: & percutibus addita ludibria, ut ferarum tergis contechi, lamatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: aut ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis uterentur. Hortos suos ei specta-culo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat, habitu aurigæ permittus plebi, vel circulo insitens. Unde, quan-quam adversus fontes, & novissima exempla meritos, mi-feratio oriebatur, tanquam non utilitate publica, sed in favitiam unius absumerentur. *Hæc Tacitus lib. 15.*

Perfidiam.

Israëlis filii, cum propter invidiam fratrem Josephum Madia-